BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
E
10
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

MAXIMI TYRII

DISSERTATIONES

EX RECENSIONE

IOANNIS DAVISII

COLLEG. REGII CANTAB. PRAESIDIS

EDITIO ALTERA

AD DVOS CODD. MSS. EMENDATA

NOTISQVE LOCVPLETIORIBVS AVCTA

CVI ACCESSERVNT

IER. MARKLANDI

COLL. D. PETRI CANTABRIG. SOCII

ANNOTATIONES

RECVDI CVRAVIT

ET ANNOTATIVNCVLAS DE SVO ADDIDIT

IO. IACOBVS REISKE.

B. R. NEAPOLIS

PARS PRIMA.

LIPSIAE

IMPENSIS GOTTH. THEOPH. GEORGI.

CIↃIↃCCLXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI DOCTO ET AEQVO

S. P. D.

IO. IACOBVS REISKE.

Nouae huic Lipſienſi Maximi Tyrii editioni qui ſumtus erogauit, Georgius, a quo ad eam praefandi prouincia mihi demandata eſt, nuper ad me veniens, vix prouincia Plutarchea defunctum, folia Maximi, quotquot prelo tum abſoluta erant, quorum antehac nihil videram, monſtrabat, penesque me relinquebat, rogans, vt mendarum typographicarum ſi quid inter perlegendum obſeruarem, id annotarem (id quod feci; omnes illae mendae in calce volumnis ſecundi indicabuntur;) et animaduerſionum ſi quid ſub ſtilum veniret, id conſcriberem, huiusque voluminis calci addi paterer. Quamquam et corpus et animus mihi tum languebat, valetudinis diuturnitate lucubrationumque aſſiduitate fracto, prorſusque ad ſtudia literarum nauſeabat atque hebebat, defatigatus in ergaſtulo Plutarcheo, in quo per totam hyemem, veluti catenae illigatus, fuiſſem exercitus; praetereaque Maximi lectione iam minus me delectari ſentiebam, ſenex factus, quam olim, florente adhuc aetate; quapropter eius teſtem et praeconem me

ferre vix audebam, cuius neque dictionem, neque diſputandi modum probarem; geſſi tamen morem voluntati hominis, de graeca literatura bene mereri conantis, et cui perſuaſum eſſet, a nominis mei praeiudicio ad libellos ſuos decoris aliquid atque commendationis eſſe acceſſurum. Excuſſi ergo ſchedas, in quibus, ante hos viginti annos exaratis, mea quae tum fuerant, ad Maximum Tyrium viſa depoſueram; quae retractaui, et ſiquid inſuper in mentem veniret, addidi, inuita Minerua, obtuſo, ſi vnquam fuit, ingenio atque a meditationis contentione abhorrente. Quare veniam rogo lectores opellae meae cenſoresque, quotquot erunt, hortorque, vt mirari nolint, neque faſtidire deformitatem ſchediaſmatis tumultuarii. Quamquam inuitus facio, vt ſummorum virorum H. Stephani, Danielis Heinſii, Io. Dauiſii, Ieremiae Marklandi, teſtimoniis obloquar, ipſeque meo diffido iudicio, parumque perſonam eius, qui Maximum ornare et tollere ſuo praeconio iuſſus ſit, decet eundem cenſoria nota premere; facere tamen non poſſum, quo minus prae me feram, haud raro me, lectioni Maximi intentum, vix ſuſtinuiſſe taedium ſubrepens, cum affectatae dictionis, in Homeri atque Platonis iactatione ita inepte inſoleſcentis, vt tirunculi noſtrates cum magiſtellis ſuis mirifice ſibi placent in voculis Tullianis conſerendis, et exemplis conterendis ex antiquitate repetitis odioſi fiunt; tum concluſiuncularum tam futilium, tam contortarum atque intricatarum, tam denique miſerarum, vt neſcias infantiam Sophiſtae, ad pueros ſe iactantis, riſune

riſune an commiſeratione proſequaris; quem vbi diu moleſtas per ambages ſis perſecutus, et cuniculos eius perreptando fatigatus, cernas tandem ſophiſticam in foueam te incidiſſe. Argumenta cum tractanda ſibi ſumſiſſet grauiſſima quaeque atque ſanctiſſima, tum maieſtatem eorum diſputationis leuitate, et paene dixerim, puerilitate ſaepe numero eleuat atque corrumpit. Seduli in ornando et comendo Maximo fuerunt tot numero viri clariſſimi. Dio Chryſoſtomus, Maximo tum comparandus, cum fas erit, cum ludimagiſtro ſenatorem, philoſophiae ſuccis paſtum, eloquentiae blandae et popularis veneribus nitentem, ciuili ſapientia ad vſum vitae inſtructum, denique cum profeſſoria lingua vocem natiuam et ſimplicem ſapientiae atque veritatis conferre; hic Dio, ſecundum Morellum, (me miſerum, ſecundum Morellum, quod hominis portentum!) contemtus, incomtus iacet, neque potuit niſi vni Valeſio placere! o ſortis iniquitatem! o coecitatem ſeculi! Vtinam vernacule ſaltim Dionem legeremus, poſt tot nugas graeculorum vernacula dictione recoctas, poſt Maximum ipſum Dammio dignum viſum, qui popello noſtrati et mulierculis in manus daretur; Dammio, viro de literis graecis latiniſque ſine controuerſia praeclare merito, verum odio publico oppreſſo, quod odium ipſe ſibi culpa ſua contraxit, non imprudens, ſed audacior, quam par erat. Berolini prodiit ab eo conſcripta vernacula M. T. interpretatio anno 1764. quae vt ſatis eſſe poteſt iis, ſi quibus ſatis ſit vniuerſe Maximi ſententias tenere

modumque diſputandi noſcitare, ita parum videtur eorum ſtudia ſubleuatura, ſi quos iuuet graecam Maximi orationem critica cum diligentia perveſtigare atque elimare. Optabam licuiſſe mihi, quam operam Dionyſio atque Plutarcho nauaui, vt exempla typographis ad recudendum in manus danda prius perluſtrarem, graecaque verba ad ſententiam meam caſtigarem atque conſtituerem, eandem Maximo quoque operam nauare. Sed otium meum hanc diligentiam haud tulit. In confeſſo eſt Dauiſium, paſſim locorum, nouitatis affectatione, et pruritu quodam ingenii, ſe iactare in ſingularitate exempli geſtientis, quaſi plus cernat, quam datum fuiſſet maioribus cernere, prauas codicum ſuorum lectiones melioribus vetuſtarum lectionum loco depulſis ſuffeciſſe. Quae labes, fuerat quidem fas, vt a Marklando, aut ſi ruſticatio illum impediebat, a Wardo ſaltim, penes quem gubernatio Londinenſis editionis erat, tolleretur. Aegerrime itaque fero, ſupereſſe in hac altera Dauiſiana, aliis non contemnendis ornamentis inſigni, Maximi Tyrii editione locos haud paucos, editoris naſum intempeſtiue ſeſe efferentem prodentes. Etiam hoc moleſtum eſt, tironibus certe, in hac recenſione, quod Dauiſius latinam verſionem, lectionibus ab ipſo repudiatis accommodatam, qualis erat, talem reliquit, non ad lectiones ab ipſo praelatas dedit reformatam. Sed has quidem labes, quisquis erit ſecundum nos, proximus Maximi editor, is tollere curabit. Nullae meae in hac fuerunt aliae partes, (neque erunt aliae in proximo

proximo quoque volumine ſecundo) quam vt foliis iam a prelo abſolutis omnibus, quibus ego excudendis non interfui, notularum aliquid, et hoc pauxillum praefatiunculae appingerem. Reliqua omnia per alios geſta, ego praeſtare non teneor. O ſi deus tandem aliquando in libertatem vindicare velit rem noſtram librariam, hominum tyrannide, non vnius generis, ſed plurium, penes nos oppreſſam. Scripſi Lipſiae d. 31. Martii 1774.

IOANNIS WARDI
AD
ORNATISSIMVM VIRVM
RICHARDVM MEAD
MEDICVM REGIVM
PRAEFATIO.

Cum tibi, VIR PRAESTANTISSIME, noua haec MAXIMI TYRII editio in primis debeatur, vt ſub tuis auſpiciis in publicum prodeat, quae tua eſt humanitas, permittes. Poſtquam enim morte doctiſſimi viri, IOANNIS DAVISII, exemplar eius in manus tuas deuenerat, pro ſingulari ac indefeſſo tuo bonas literas adiuvandi ſtudio typis vulgandi occaſionem primo quoque tempore quaeſiuiſti. Nulla autem per annos bene multos ſeſe offerente, accidit tandem, vt eximii quidam et illuſtres viri, de incommodis, quibus ſtudia humaniora eorumque cultores hodie laborent, ſoliciti atque inter ſe conferre ſoliti, magnas difficultates, quas in libris doctrinae praeſertim reconditioris edendis homines eruditi haud raro experiantur, inter alia tum forte reputarent. Hinc enim cauſa timendi iis videbatur, ne alii ſcripta ſua ingenti literarum damno in ſcriniis occulta retineant; alii vero, omni ſtudiorum fructu priuati, a ſcribendo prorſus deterreantur. Vt tanto igitur malo, quantum in ſe eſſet, remedium adferrent, literasque inclinatas ſubleuarent, pecuniae quadam ſumma a ſingulis collata, SOCIETATEM ad libros ſumptu ſuo ea conditione edendos inire ſtatuebant; vt cum tot exemplaria ſint vendita,

vendita, vnde impenſae editionis exſolui poſſint, reliqua in auctoris commodum cedant; qua demum ratione totum operis fructum ſine vllo damno, aut facultatum periculo, ipſe percipiat. Vt primum inſtituti huius fama emanauit, ab omnibus eruditis domi foriſque magno plauſu eſt exceptum, et iam multi alii huic ſocietati ſe adiungere voluerunt. Dum autem praeclariſſimi iſti literarum ac literatorum vindices incerti haerebant, a quo potiſſimum auctore inciperent, percommode tu quidem, qui inter primos eorum fueras, MAXIMVM TYRIVM propoſuiſti; quo nullus ſane magis opportunus eſſe potuit, vtpote qui a doctis licet diu exoptatus, et bibliopolis haud ſemel gratuito oblatus, ab his tamen repudiatus eſſet, ne lucrum ſcilicet edendi ſumptus minime compenſaret. Rem igitur probauit SOCIETAS, atque vtiles libros in lucem proferendi, qui alioquin forſan ad perpetuas tenebras damnarentur, facultatem iam praeberi, hoc exemplo, oſtendere voluit. De ſcriptore ita conſtitutum eſt. Sed deerat adhuc, qui curam edendi ſuſciperet. Hoc itaque munus cum mihi commendare tibi placuerit, tantum apud me voluntas tua valuit, vt quamuis aliis negotiis haud parum tunc diſtrictus, illud tamen non recuſauerim. Quid autem in hac altera editione paranda ὁ μακαρίτης praeſtiterit, vtinam ſane ſuis ipſius verbis expoſitum reliquiſſet. Sed neſcio vnde accidit, vt cum Graeca auctoris ad duos potiſſimum codices manuſcriptos, alterum in regia Pariſiis, alterum in honoratiſſimi COMITIS OXONIENSIS bibliotheca ſeruatos, exegiſſet atque reformaſſet, notaſque etiam perfeciſſet; praefatione inchoata, ſubſtiterit, nec ad finem perduxerit. Ne quid autem ab ipſo de hac re traditum pereat, nouae Praefationis initium e codice illius deſumptum hic exhibebimus.

IOANNIS DAVISII
PRAEFATIONIS FRAGMENTVM.

Licet elegans in primis et iucundus ſcriptor ſit Maximus Tyrius [a], eius tamen perparca reperitur apud veteres mentio. Hinc fit, vt de rebus ab eo geſtis fere nihil habeatur compertum; nec qui fuerit annus ei vel natalis, vel emortualis, ſat liqueat.

Euſebius quidem ſic loquitur: Ἀῤῥιανὸς Φιλόσοφος Νικομηδεὺς ἐγνωρίζετο, ΜΑΞΙΜΟΣ ΤΥΡΙΟΣ, Ἀπολλώνιος Στωικὸς Χαλκηδόνιος, Βασιλείδης Σκυθοπολίτης. Οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρισίμου Καίσαρος γεγόνασιν [b]. Eadem refert Syncellus [c]. Et hinc Maximum noſtrum ſtudiis M. Antonini, qui Veriſſimus [d] vocabatur, praefuiſſe confirmat Ioſ. Scaliger [e]. Eum ſecuti ſunt Dan. Heinſius [f], Caſp. Barthius [g], Ioan. Ionſius [h], aliique; ſed, vt videtur, immerito. Hieronymus enim in *Euſebiani Chronici verſione* ſic ſcribit: *Arrianus philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur*, *et Maximus Tyrius. Apollonius Stoicus natione Chalcidicus* [i], *et Baſilides Scythopo-*

a Maximum noſtrum pulcherrimum ſcriptorem vocat Iſ. Caſaubonus, *Epiſt.* 578. Pariter elegantiſſimus ſuauiſſimusque ſcriptor philoſophus dicitur Petr. Pantino ad *Apoſtolii* XIII. 19. Politus et elegans Lud. Creſollio, *Theatr. rhet.* II. 1. Auctor. inprimis elegans in philoſophia Petro Petito *Obſerv. miſcell.* I. 20. Diſertiſſimus philoſophus Tib. Hemſterhuſio ad *Pollucis lib.* IX. *cap.* 7. §. 110. Vide cl. virum Ioan. Clericum *Silv. philol. cap.* 6. Eidem viro doctiſſimo Maximus Tyrius elegantiſſimus Platonicus vocatur, *Epiſt. crit.* IV. p. 115.

b In *Chronico ad Olymp.* CCXXXI. p. 213.

c In *Chronographia*, p. 351.

d Vide Capitolinum in *Antonino Philoſ. cap.* 1, 4. Lampridium in *Antonino Diadumeno, cap.* 6. et Petr. Weſſelingi *Obſerv.* I, 32.

e In *Notis ad Euſebium.*

f In *Obſeruationibus ad Maximum, p.* 13.

g *Aduerſ.* I. 11.

h *Hiſt. philoſ.* III. 9.

i Non opus eſt, vt cum Ionſio, *Deſcriptor. hiſt. philoſ.* III. 9. legatur *Chalcedonius.* Vide Iac.

thopolitanus, *philoſophi illuſtres habentur*, *qui Veriſſimi quoque Caeſaris praeceptores fuerunt* [k]. Presbyter itaque Stridonenſis inter Antonini magiſtros, non Arrianum vel Maximum Tyrium, ſed Apollonium et Baſiliden numerauit, mutata diſtinctione, quia lapſum putauit Euſebium [l]. Praeterea Claudius Maximus, Antonini praeceptor, Stoicus fuit [m], adeoque diuerſus a Tyrio noſtro, qui totus eſt Platonicus. Nam licet inter duas haſce diſciplinas in plerisque conuenit; Taurus tamen philoſophus, Maximorum noſtrorum *σύγχρονος*, contendit *Stoicam ſectam et ſibi, et Platonicis eſſe incongruentem*, quod ex Agellio diſcimus [n]. At hoc errore foedior et immanior eſt alter, quem Fredericus Morellus errauit [o]; nam doctus ille vir eundem cum Tyrio fecit Maximum, Iuliani praeceptorem. Sed praeterquam quod inſignem commiſſit *ἀναχρονισμὸν*, ſiquidem ab Antonino Pio, ſub quo floruit noſter, ad Iulianum cc circiter annorum fluxerat ſpatium; *τοῦ παραβάτου* magiſtro patria non erat Tyrus, ſed, ſi Suidae fides [p], Epirus aut Byzantium. Socrates autem tradit eum fuiſſe Epheſium, quem poſtea *ὡς μαγγανείας ποιοῦντα ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν* [q]. Sic et alii plures. Videatur Henr. Valeſius ad *Amm. Marcellini* xxix. 1. Qui vero factum, vt Maximum Tyrium *magum* dixerit Rich. Montacutius [r], plane neſcio. Certe prorſus imprudenter hoc effutiit homo vehemens. Noſtrum tamen paullo ſuperſtitioſiorem fuiſſe non equidem nego. Hinc fidem dedit fabulis, quas de Marſya Meandroque fluminibus tradidit

Iac. Sirmondum ad *Sidonii Apollinaris Carm.* II. 49.

k Pag. 168.

l Sic etiam Caſſiodorus in *Chronico* p. 388.

m Vide Capitolinum in *Antonino Philoſ. cap.* 3. et cl. Gatakerum ad *Antonini* 1. 15.

n *Noct. Attic.* XII. 5.

o Ad *Libanii Tom.* II. Orat. IV. pag. 175. et *Orat.* VII. pag. 218.

p In Μάξιμος Ἠπειρώτης.

q *Hiſt. eccleſ.* III. 1.

r *Orig. eccleſ. Part.* I. p. 189.

s *Diſſert.*

tradidit inſulſum vulgus [s]; hinc oraculorum patronus extitit [t]; et hinc fuit, quod Aeſculapium et Herculem ſe vidiſſe vigilans ſomniarit [u]. Quid autem haec ad *magiam?*

Ioſ. Scaliger ad *Euſebium n.* MMCLXII. qui nonus eſt annus Antonini Pii, haec habet; *Maximus Tyrius tunc Romam primum venit, et* διαλέξεις *ſuas compoſuit. Bis enim Romae fuit, et in priori profectione* διαλέξεις *illas edidit; unde vocat eas* τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς πρώτης ἐπιδημίας διαλέξεις. At in huiuſce viri maximi ſententiam pedibus iuit eruditorum chorus. Sane Suidas Maximum διατρίψαι ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κομμόδου diſerte teſtatur [x]: vt eum Romae ſub Commodo fuiſſe nullus dubitem. Niſi tamen fallor, Antonino Pio imperante, Romam perueniſſe noſtrum non euincunt rationes idoneae: nam quamuis Euſebius eum tunc temporis γνωρίζεσθαι, innotuiſſe vel celebrem fuiſſe, ſtatuat; locum tamen, vbi viuebat, haud omnino memoriae tradidit. Nec opus eſt, vt aduentum ſecundum fingamus, quod eius διαλέξεσι praefigantur verba τῆς ΠΡΩΤΗΣ ἐπιδημίας: nam πρώτη ἐπιδημία ſecundam non ponit; cum prima recte dicatur, quam nulla praeceſſit, licet altera nunquam ſequatur. Hieronymus in *Heluidium*, pag. 312. *Primogenitus eſt non tantum poſt quem et alii, ſed ante quem nullus.* Seruius in *Maronis Eclog.* I. 45. *Primus, id eſt, ante quem nullus ſit.* Illa vero, quod obiter dicemus, *Epigraphe* τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας non ad omnes diſſertationes refertur; ſed ad ſeptem tantum priores ſpectat, vt ex codice regio manifeſtum; easque ſolas exhibet *Mſ. Vindobonenſis* [y]. Reliquae φιλοσοφουμένων indicem prae

s *Diſſert.* VIII. 8.
t *Diſſert.* XIV. 7.
u *Diſſert.* XV. 7.
x In Μάξιμος Τύριος.

y Vide *Lambecium*, *Lib.* VII. *cod.* 10. et Neceſſelium in *Libris philol. et philoſ. n.* CCCXXXV. p. 158. ſeq.

z In

prae ſe ferunt; nec vlla regionis vel vrbis, in qua ſunt habitae, nota ſignantur. Attamen, ſi modo coniecturam proferre licet, in locis Aſiae Graeciaeque *πολυανθρωποτάτοις* aetatis ſuae maiorem partem videtur transegiſſe Maximus [z]. Nam praeterquam quod, vt ait Iſocrates, *τοῖς μὲν ἐπιδείξεως δεομένοις αἱ πανηγύρεις ἁρμόττουσιν* [zz], et Dion Chryſ. *δεῖ τὸν φρόνιμον ἄνδρα, ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ἰατρὸν, ὅπου πολλοὶ νοσοῦσιν, ἐκεῖσε ἰέναι βοηθήσοντα* [a]: certe ne minimam quidem prodit rerum Romanarum peritiam, licet eum in hiſtoriis Graecis verſatiſſimum fuiſſe nulla fere non probet diſſertatio [b]. Vide, ſi vacat, Lud. Creſollium *Theatr. Rhet. lib.* III. *cap.* 10. *p.* 206; *cap.* 14. *p.* 231 *ſeq.* et *lib.* IV. *cap.* 7. *p.* 409. De variis editionibus Maximi Tyrii conſulendus eſt vir praeſtantiſſimus, I. A. Fabricius [c]. Quid in hac praeſtare conatus ſim, paucis exſequar.

Haec vir eruditiſſimus: quae tam rebus ipſis, quam ratione tradendi, ab iis haud parum diſcrepant, quae in prioris ſuae editionis *Praefatione* expoſuerat. Quatuor autem annos ante mortem hoc opus confeciſſe clauſula quadam *Notis* ſuis ſubiecta indicauit, vbi ſcriptum legitur, *Finis Martii* XV, 1728; cum ipſe menſis eiusdem XXII, 1732, fatis demum conceſſerit. Quaedam tamen curis poſterioribus, et inter edendum forſan conſtituenda, reliquiſſe videtur. Nonnunquam enim vulgari lectione in auctore relicta, alteram e manuſcriptis petitam notae initio appoſuit, quam tuetur ac defendit; alias vero cum vulgarem lectionem tam apud auctorem, quam ad notae caput reliquerit, alteram

z In Phrygia certe fuit, quod teſtatur *Differt.* VIII. 8.

zz In. *Ep.* 1. *ad Philippum*, p. 600.

a Orat. VIII. p. 131.

b Huc pertinere cenſuerim, quae noſter habet, *Diſſ.* VII. §. 6. ſeq.

c *Bibl. Graec. Lib.* IV. c. 23. §. 11.

teram deinde laudat, ac potiorem ſibi videri oſtendit. Haec quidem raro admodum occurrunt, atque in rebus fere leuioris momenti; monuiſſe tamen neceſſarium duxi, ne alioquin incuriae noſtrae tribuenda quis cenſeret. Porro etſi ſaepius accidit, vt lectionibus manuſcriptis, quibus Graeca emendauerit, ſenſus loci haud parum immutetur; *Latinam* tamen *verſionem* ad eas nunquam conformauit, vel minimum quidem a priori editione vsquam variauit; praeterquam quod in *Notis*, quomodo legi debeat, identidem monuerit. Vnde, prout antea exhibuerat, intactam ſe relicturum ſtatuiſſe, fas eſt coniectare. Ad haec, cum *Epigraphen* τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας, *Diſſertationibus* in omnibus editionibus hactenus praefigi ſolitam, *ad ſeptem tantum priores ſpectare* regii codicis auctoritate confirmauerit; ea ſede, quam minus recte occupaſſet, dimouendam iudicans, primae *Diſſertationis* capiti ex codicis illius ordine, quem hic ſecutus eſt, vir perſpicax non appoſuit. Quanto haec priorem eius editionem, adeoque omnes omnium, quae lucem ante conſpexerant, praecellat, cuiuis conferendo facile patebit; in qua vera mens auctoris locis quamplurimis haud dubie reſtituta eſt. Ceterum forte fortuna euenit, vt dum prelo ſuberat, vir doctiſſimus, IER. MARKLAND, quaedam in priorem editionem commentatus eſſet. Quare, ſi copia hanc inſpiciendi ſibi concederetur, antequam in publicum prodiret, ſi qua notatu digna reſtare viderentur, nobiſcum ſe communicaturum perhumaniter promiſit. Ex fama autem viri, mentisque acumine, quod in arte hac critica tot aliis lucubrationibus oſtenderat, dubitari non potuit, quin ipſe DAVISIVS, ſi in viuis fuiſſet, talem operis ſocium libenter eſſet amplexurus. Conditio igitur tam benigne oblata ſtatim eſt accepta, vnde perampla *Annotationum* eius acceſſione haec ditata eſt editio. Duobus *Indicibus*, alteri *rerum memorabilium*,

alteri

alteri *Auctorum in Maximi Tyrii Diſſertationibus laudatorum*, qui priorem claudunt editionem, tertius *Auctorum, qui in Iohannis Dauiſii Notis emendantur aut notantur*, nunc eſt adiectus. Quandoquidem autem horum ſecundum clariſſimus Fabricius in *Bibliothec. Graec. vol.* IV. *p.* 39. vbi de MAXIMO TYRIO agit, altero tanto longiorem dederit, quam hic conſpicitur; vnde id diſcriminis euenerit, breuiter indicare haud ab re eſſe exiſtimaui. Dauiſius igitur eos ſolummodo auctores in hoc *Indice* poſuit, quorum opera a Maximo laudata inuenerat, reliquis, qui paſſim apud eum occurrunt, in alterum *Rerum memorabilium* reiectis; quos omnes coniunctim in vnum retulit Fabricius. Quare dum vterque rationem operi ſuo congruentem ſecutus eſt, quae ſeorſim alter ediderat, ſub vno aſpectu alter poſtea collocauit. Haec ſunt, quae praefanda mihi neceſſaria videbantur. Ne quid tamen, quod ex priori editione ſuppeditari poſſit, lector requirat eruditus, *Praefationem* ei praepoſitam hic adiungemus. Sin autem quae in prouincia hac exſequenda praeſtiterim, tuo hominis doctiſſimi iudicio non improbentur, de aliorum ſententia fauſtum inde augurium praecipere licebit. Valeas, VIR OPTIME, et in patriae, literarum, tuorumque omnium commodum et ornamentum diutiſſime conſerueris.

E coll. Greſhamenſi
VIII. cal. Iul. 1740.

Ioannes Ward.

IOAN.

V. C. IOANNIS DAVISII AD SVPERIOREM SVAM MAXIMI TYRII EDITIONEM PRAEFATIO.

LECTORI S.

ANTEQVAM, lector, euoluendis MAXIMI TYRII *Diſſertationibus* manum admoueas, oculorum tuorum vſuram tantiſper commoda, donec nonnulla praemoneam, quibus auctor ipſe, quatenus licet, innoteſcat, ſimulque conſtet, quid in hac editione ſit praeſtitum.

MAXIMVS TYRIVS philoſophus erat Platonicus, qui ſub Antonino Pio Romam venit, inſtitutionique poſtea, vt nonnullis videtur, Veriſſimi Caeſaris praefectus eſt. Eandem vrbem rurſus adiit, imperante Commodo: Euſebius in *Chronico:* Ἀῤῥιανὸς φιλόσοφος Νικομηδεὺς ἐγνωρίζετο, ΜΑΞΙΜΟΣ ΤΥΡΙΟΣ, Ἀπολλώνιος Στοϊκὸς Χαλκηδόνιος, Βασιλείδης Σκυθοπολίτης. Οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρισίμου Καίσαρος γεγόνασιν [a]. Ad quem locum ita Ioſ. Scaliger: *Maximus Tyrius tunc Romam primum venit, et* διαλέξεις *ſuas compoſuit. Bis enim Romae fuit, et in priori profectione* διαλέξεις *illas edidit; vnde vocat eas* τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς πρώτης ἐπιδημίας διαλέξεις [b]. De ſecundo eius aduentu hoc modo Suidas: Μάξιμος, Τύριος φιλόσοφος· διέτριψε δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κομμόδου [c]. Fatendum tamen eſt, ſi Hieronymum ſequamur, noſtrum inter prae-

ceptores

a *Ad ann.* MMCLXII, qui eſt Antonini Pii nonus.

b In *Anim. Euſeb.*

c *Voce* Μάξιμος,

ceptores Veriſſimi Caeſaris non eſſe numerandum; praedictum enim Euſebii locum ſic vertit: *Arrianus philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur, et* MAXIMVS TYRIVS. *Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus* (lege cum Ioan. Ionſio *Chalcedonius* [d]) *et Baſilides Scythopolitanus, philoſophi illuſtres habentur, qui Veriſſimi quoque Caeſaris praeceptores fuerunt* [e]. Si verba Caeſarienſis Epiſcopi interpretari aggreſſus eſt Hieronymus, manifeſto errauit, vt ſtatim agnoſcent, qui Graece norunt: ſin autem mutauit, prout ſolet [f], quia lapſum putauit Euſebium, res in medio eſt relinquenda; quoniam nobis non ſuppetant veterum monumenta, quibus liquere poſſit, vter veritatem attigerit.

Nullo autem modo par eſt, vt ad eandem ἐποχὴν confugiamus, dum quaeritur, an Maximus noſter Marci Antonini ſtudiis olim praefuerit; quamuis viri longe doctiſſimi affirmare non dubitarint [g], eo quod philoſophus imperator *libro τῶν εἰς ἑαυτὸν primo* Maximum quendam memorat [h], cuius monitu bene ſe gerere in rebus plurimis ad vitam pertinentibus didicerat. Sed Claudium Maximum intelligit; hic enim reuera Marcum docuit [i], et Stoicus erat, adeoque diuerſus a Tyrio, qui totus eſt Platonicus: nam licet inter duas ſectas in quibuſdam conuenit, Taurus tamen philoſophus, Maximorum noſtrorum σύγχρονος, dixit, *Stoicam ſectam et ſibi, et Platonicis eſſe incongruentem;* quam rem libro edito declarauit, vt teſtatur A. Gellius [k].

At hoc errore multo inſignior eſt alter, in quem incidit vir doctus, Fredericus Morellus: illle enim in *Lemma-*

d De Script. hiſt. phil. L. III. c. 9.

e In *Verſion. Chron. Euſeb.*

f Vid. *Praefat. in Chron.*

g Ioſ Scaliger in *Anim. Euſeb. ad ann.* MMCLXII. Iac. Capellus in *H. E. Cent. II.* aliique.

h § 15.

i Vid. Iulii Capitolini *Vit. Marci c.* 3. et Gatakerum in *laudatum Anton. locum.*

k Noct. Attic. Lib. XII. cap. 5.

Lemmatibus, quae addidit Libanii *Orationibus*, eundem fecit Maximum, Iuliani praeceptorem, ac noſtrum Tyrium [l]. Nam praeterquam quod immanem *ἀναχρονισμὸν* hac in re commiſit (ab exitu enim Antonini Pii, ſub quo floruit noſter, ad principatum Iuliani CC. annorum fluxerat ſpatium) *τῦ παραβάτυ* magiſtro patria non erat Tyrus, ſed, ſi Suidae fides [m], aut Epirus, aut Byzantium. Socrates autem tradidit eum fuiſſe Epheſium, quem poſtea *ὡς μαγγανείας ποιῦντα ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντιανὸς ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν* [n], id eſt, interprete Hen. Valeſio, ***tanquam artes magicas exercentem imperator Valentinianus interfici iuſſit.***

Cum nondum inuenta eſſet nobiliſſima artium mechanicarum typographia, ob paucitatem exemplarium plures quidem ſcriptores, quorum frequentia ſunt apud veteres elogia, prorſus interciderunt; nobis autem adhuc ſuperſunt alii, de quibus aequales aut ſuppares nullam poene mentionem fecere. Tales ſunt Phaedrus, Q. Curtius, Athenagoras, et Marius Mercator [o]. In hunc etiam cenſum venit noſter, ac proinde mirandum non eſt, ſi tam pauca de eius vita rebusque geſtis nobis ſint comperta. Hoc veterum ſilentium animo veluti praeſagiens, luculentiſſimum ſui praeconium *Diſſertationi* XXXVII intexuit [p]. Sed ſi hanc, quae ipſi minus decora eſt, perſonam non egiſſet; eum poſteris ſatis ſuperque commendatum redderent accuratiſſimae *Diſſertationes*, in quibus acutum ingenium, ſumma dicendi facultas, et eruditio haud vulgaris elucent. Hercle ſi

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci [q],

omnium ſuffragiis noſter praeſtantiſſimus ſcriptor eſt haben-

l Vid. *Tom. II. Orat. IV.* p. 175. et *Orat. VII.* p. 218.

m In *voce.*

n *Hiſt. eccleſ. Lib. III. cap.* I.

o Vid. Ioan. Clerici *Art. crit. p.* III. *S.* 2. *c.* III. §. 15.

p *Pag.* 386. *In hac edit.* p. 73.

q Horatius *Art. Poet. v.* 343.

habendus; non enim temere quemquam reperias, qui vel iucundiora vel vtiliora memoriae tradidit.

Niſi falſum ſit *Lemma*, quod *Diſſertationibus* praefigitur, omnes ſunt habitae, cum auctor primum Romam aduenit. Mihi quidem cauſae ſat graues ſubeſſe videntur, cur hac de re dubitemus; immo, ni me decipit ratio, earum ſaltem vna in Graecia certo fuit habita. Colligi hoc poteſt ex *Diſſertatione* XXXVII, in qua ita loquitur noſter: *Ἠ γὰρ, ὦ θεοὶ, ἐμῶν θεατῶν γένοιτό τις ἀγωνιστὴς ἐμοὶ, ἐπὶ ταυτησὶ τῆς ἕδρας συγκονιώμενος καὶ συμπονῶν, ἐγὼ τότε εὐδοκίμως ἐστεφανῶμαι, τότε κηρύττομαι ἐν τοῖς* ΠΑΝΕΛΛΗΣΙΝ [r]. Metaphora ducta eſt a ludis Graecorum publicis, in quibus poſtquam ſententiam de victore tulerant iudices, is praeconum voce renunciabatur; vt populus e tota Graecia collectus ſciret, cui palma eſſet debita. Manifeſtum igitur eſt, ſi non in Graecia, ſed Romae fuerit noſter, cum haec verba faceret, eum non *ἐν τοῖς Πανέλλησι*, ſed *ἐν τοῖς Ῥωμαίοις* fuiſſe praedicandum. Et ſane, ne quid diſſimulem, Graecia diutius quam Roma Maximum videtur cepiſſe; quod in vnaquaque fere *Diſſertatione* ſummam rerum Graecarum oſtendat peritiam, cum res Romanas calluiſſe nullo indicio conſtet: certe, quoad memini, ad eorum hiſtoriam ne ſemel quidem reſpexit. Accedit, quod teſtatur Dan. Heinſius ipſis *Diſſertationibus* in codice manu exarato hoc *Lemma* praemitti, *Μαξίμου Τυρίου Πλατωνικοῦ φιλοσόφου τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας*: poſt *Diſſertationem* autem quintam in margine annotatum eſſe, *Μαξίμου Τυρίου φιλοσοφούμενα*, quae nota in fine libri iterum occurrit; adeo vt, ſi fidem manuſcripti regii ſequamur, quinque priores tantum *Diſſertationes* primo Romam aduentu habuerit, reliquae autem nulla loci nota ſint ſignatae.

b 2 Quoniam

r *Pag.* 384. *In hac edit. p.* 71.

Quoniam vero ordo, quem in iſto exemplari obtinent *Diſſertationes*, alius omnino eſt ab eo, quem prae ſe ferunt editiones; rem non ingratam me facturum exiſtimaui, ſi *Lemmata* eadem, qua ibi extant, ſerie hic adiicerem [s].

MAXIMVM TYRIVM e Graecia in Italiam primus aſportauit Ianus Laſcaris, et ad Laurentium Medicen dono miſit exemplar illud, e quo noſtrum Latine edidit Coſmus Paccius, Archiepiſcopus Florentinus [t]. Poſthaec anno MDLVII ſua, hoc eſt, Graeca veſte indutus prodiit, cura Henr. Stephani; qui praecipue quidem ſecutus eſt Arnoldi Arlenii codicem [u], interdum tamen in conſilium adhibuit eum, quem cum eo communicauit Ioannes Stracelius. Poſt magnum illum virum has diſſertationes edendas ſuſcepit Dan. Heinſius [x], inſtructus Sixti Arcerii excerptis et manuſcripto, quem e bibliotheca regis Galliarum ei miſit Iſ. Caſaubonus. Cum autem Coſmi Paccii interpretatio innumeris mendis ſcateret, nouam adornauit verſionem, quam aliquoties emendatam hic repraeſentaui. In Graeco, vt vocant, *textu* H. Stephanum ſecutus eſt; ſed in *Adnotationibus* memorat varias lectiones, quas codices, quibus vſus eſt, exhibuerunt. Has in noſtram editionem transtulimus, adeo vt, cum manuſcriptum regium aut excerpta Arceriana ſubinde laudemus, fide ſtemus Dan. Heinſii; codicis vero Florentini lectionem e Paccii verſione non raro collegimus.

Nemo qui antiquiſſimos et optimae notae manuſcriptos vel obiter inſpexit, neſcire poteſt, eos plurimis corruptelis eſſe vitiatos; ideoque vt legerentur veteres

s *Cum is ſit ordo, qui in hac altera editione obſeruatus fuit, ne bis exhibere neceſſe eſſet, omiſimus hic, vbi vir clariſſ. inſeruerat, et ad calcem tantum praefationis poſuimus.* I. W.

t Vid. Pet. Pacci *Praef.* fratris verſioni praemiſſam, et H. Stephani *Epiſt. Nunc. ad Arnoldum Arlenium.*

u H. Steph. *ibid.*

x Vid. eius *Praef. ad Nos.*

res, ſuppetiae ex ingenio erant ferendae: hinc factum, vt inter alios noſtrum in ſcriptis emendarint viri eruditi, quorum coniecturas, addito ſemper auctoris nomine, notata imae paginae ſubiecta exhibent; quin et non paucas emendationes a nobiſmet ipſis profectas immiſcuimus. Ad reliquas notulas, quod attinet, eo praecipue ſpectant, vt hiſtoriam et dogmata philoſophica, ad quae breuius interdum et obſcurius reſpicit Maximus, lectori ante oculos ponant. In tumultuario hoc opere, ſi quid recte praeſtiti, gaudebo; ſin minus, animi ſaltem me non poenitebit. Duos praeterea *Indices* adiecimus, quorum *primus* [y] auctores a Maximo laudatos exhibet; ſed cum noſter ſexcentis ad minimum vicibus Homerum vocet teſtem, numero territi ea ſolum loca indicauimus, vbi citationes a vulgatis iſtius poetae exemplaribus aliquantulum abeant. *Alter* res, quae in *Diſſertationibus* occurrunt, memorabiliores continet. In animo erat aliquando his tertium addidiſſe, quo notarentur voces Graecae, quae rariores ſunt. Poſtea vero conſilium a nobis mutatum eſt, non ſane quod magni laboris res eſſet, ſed quoniam te, lector, his in rebus tuo, quam noſtro, iudicio vti maluimus. Vale

Cantabr. IV. Idus Maias
MDCCIII.

y *At in ſecunda hac editione alteri ſubiectus eſt.* I. W.

IEREM. MARKLANDI
AD
MAXIMVM TYRIVM
PRAEFATIO.

Superiori aeſtate, ruri poſitus, nonnulla commentatus eram in priorem Doctiſſimi et Optimi *Ioan. Dauiſii* (τȣ̃ μακαρίτȣ) editionem *Maximi Tyrii*, Cantabrig. MDCCIII. Poſtea, conceſſa poteſtate inſpiciendi hanc Secundam antequam in publicum prodiret, ea conditione, vt ſi quid notatu dignum reſtare videretur, iſtud communicarem, ita feci; et ex pluribus haec excerpſi. ex pluribus, dico: nam eruditiſſimus Vir in hac Editione tam frequenter a priore ſententia diſceſſit, vt a neceſſitate quidem diſſentiendi plerumque me liberaverit, in aliam vero plane contrariam coniecerit. iam enim cogor excuſatione vti, non quod Diuerſae, ſed quod Eiusdem cum eo tam ſaepe ſim ſententiae. Quamobrem, ego hic ſanctiſſime et religioſiſſime profiteor et adfirmo, me ne apicem quidem, quantum ſcio, a Cl. *Dauiſio* ſublegiſſe; ſed omnia loca in quibus vel in Manuſcriptorum Lectiones, vel in Coniecturas et Citationes Illius inciderim, a me notata fuiſſe antequam lineam vnam huius editionis vidiſſem, aut alio modo quocumque reſciuiſſem. de qua re monuiſſe viſum fuit, vt fraudis malae omnem ſuſpicionem amolirer, cum deprehenſurus ſit Lector me ſaepius incurriſſe in Codicum ſcripturam, et Cl. Viri Coniecturas. quae vero in iſtiusmodi loca ſcripſeram, idcirco non deleui, quia Exemplis ea munitueram: quam partem a Cl. Editore ſaepe omiſſam video. vnam praecipue notulam reliqui (Diſſert. V, 9.) propter miram συνέμπτωσιν, non ſo-

lum

lum in Senſu, verum etiam in Exemplis: niſi quod Ille plura et eruditiora attulerit.

Ceterum quia Nouum aliquod de hoc Auctore, et de *Gemina Editione* harum Diſſertationum ab Ipſo Maximo in publicum data, prolaturus ſum, neceſſe erit vt de ea re aliquid dicam. Et dudum quidem hoc ſuſpicatus fueram ex Codd. *Regii* et *Florentini* Lectionibus, quae in Cl. *Dauiſii* priore Edit. viſuntur: ſed inſpecta hac Noua, nullus adhuc dubitationi locus relinquebatur. nam Exemplaria, *Regium*, et *Harleianum*, et *Paccii* Verſio, in Lectionibus plerumque conſpirant tam inſignibus, et tam longe diſcrepant a ſcriptura vulgatarum antehac editionum, (quae itidem ex aliis MSS. veniebant) vt incredibile ſit tam enormes varietates a Librariis, et nullatenus veriſimile ab Interpolatoribus, aut ab Alio quouis quam ab Ipſo Auctore, profectas fuiſſe. ſunt enim eiuſmodi vt Senſum priore longe meliorem et accuratiorem reddant, et Argumentationem in aliqua parte labantem reſtituant: quin et interdum iſtius Subtilitatis, vt vix vllus, niſi Ipſe Scriptor, ſibi conſcius ſe non ex toto ſatisfeciſſe propoſito ſuo, de tali mutatione cogitaſſet: et tamen, mutatione ſemel facta, quilibet iudex vel Neceſſitatem eius, vel Praeſtantiam prae priore Lectione, facile perſpiciat. Huiuſce generis exempla in ſingulis Diſſertationibus (paene dixeram Sectionibus) inuenies. eorum tamen gratia, qui has Annotationes forte non lecturi ſunt, vnum alterumue hic proponere libet.

Diſſert. I. ſect. 4. agitur de *Inſtabilitate Voluptatis*: et, *Non nego*, inquit Maximus vel Alius quis, *Voluptatem eſſe* BONVM; *ſed probetur eſſe* STABILE. *quod ſi probari poteſt*, *ἀνέχομαι τῷ λόγῳ*, *admittam iſtud quod dicis*, *et Virtutem negligam*, *etc.* Ita erat in MSS. ex quibus procuratae ſunt Editt. Vulgatae; nec dubito quin Maximus ita primum ſcripſerit et ediderit. Sed *Regius*, *Harleianus*, et *Pacii* Codex, (quos pro comperto

paene habeo tranſcriptos fuiſſe ab exemplaribus Secundae Ἐκδόσεως harum Diſſertationum) immani mutatione pro *ἀνέξομαι τȣ̃ λόγȣ*, exhibent, *ἀνέξομαι ἡδόμενος τὸν πάντα χρόνον*, *voluptati indulgebo per totum vitae tempus*: quod multo preſſius eſt quam vagum iſtud *τȣ̃ λόγȣ*, et ad Argumentum multo magis accommodum. pollicetur enim, ſe non ſolum Rationes Aduerſarii admiſſurum, ſed, multo liberalius, *vitam* quoque ſecundum eas *acturum*, ſi Iſte *δόγμα* ſuum probare poſſit. Probes hoc, inquit, neque vltra *diſputabo*, ſed ſtatim fiam *Epicureus practicus*.

Par iſtud Differt XXXI, 3. vbi pro *ἐλέγξαι τὸν ἄνδρα*, hi Codices habent, *ἐλέγξαι τὸ τȣ̃ λέοντος ἦχος* pro quibus vltimis vocibus *Dauiſius* optime reſtituit *λέγοντος ἦθος*. *indolem loquentis monſtrare*. Inſpice locum, et videbis quam longe iſti Lectioni haec praeſtet, tum Senſu, vt *ἦθος τȣ̃ λέγοντες* Oppoſitum ſit *τῇ ῥώμῃ ferarum*; tum Elegantia; praeceſſit enim *ἀνδρὸς* paullo ante, vt non adeo venuſte tam paruo interuallo eadem vox repeti potuerit. et tamen pauci praeter Auctorem de tali Correctione ſolliciti fuiſſent.

Subtilius paullo Diſſert. XL, p. 479. *Nam fluuios laudas, ſi puri a fontibus decurrant; et plantas laudas, etiamſi trunci* (*στελέχη*) *earum ſenuerint, ſi tamen extent adhuc ſemina; nobilitatem in hominibus non laudabis, ſi ex virtute orta etc.?* Ita erat in prioribus Editionibus: ſed in hac, pro *στελέχη* inuenies ex his MSS. *σώματα*. Si cauſſam quaeras tam notabilis mutationis, eandem eſſe reperies quae caeterarum, ſcil. Argumentationem non adeo accuratam, quae in Prima Editione Auctorem fugerat. Voluit enim dicere, Laudamus *Plantas* vel *Arbores*, licet iam effoetae ſint et fructiferae eſſe deſierint, ſi modo ſemina earum adhuc extent et ſeruentur. Sed pro *tota* Arbore vel Planta, prout voluit et debuit dicere, *partem* tantum poſuit, (*στέλεχος* enim eſt *truncus* ſolummodo, *caudex* arboris) quod propoſito ſuo

erat

erat maxime incommodum. ſaepe enim fit, vt ex *cacumine* trunci aridi et γηρἀσκοντος enaſcantur *rami* ſatis fructiferi, qui tamen *pars* ſunt arboris aeque ac *truncus*. Senſit hunc defectum in Curis Secundis: ideo pro σελέχη poſuit σώματα, qua voce *totam* arborem, tam *truncum* quam *ramos*, comprehendere voluit.

Iterum XII, 3. loquitur de migratione gruis, qui cum ſit corporis non aequilibris, non prius in altum ſe attollit quam lapidem ore aſſumat, ἕρμα μὲν εἶναι αὐτῇ πρὸς τὴν πτῆσιν, φυλακὴν δὲ πρὸς σωτηρίαν, *qui* lapis *illi ſit inſtar ſaburrae, vt commode volet; et cuſtodiae, ne pereat.* Sic olim edebatur. ſed vltimum comma, φυλακὴν δὲ πρὸς σωτηρίαν, omittunt Codd. *Regius*, et *Harleianus*, ſeu potius Ipſe Maximus. opus enim ſuum recenſens, vidit vltima iſta non adeo apta eſſe huic loco, in quo non de *Vigiliis* gruum ſed de *Volatu* tantum agitur, vt bene notat *Dauiſius*. ideo ex Secunda Editione ea eiecit, et deleuit μὲν in priori parte ſententiae, poſtquam aberat Aduerſatiuum eius δὲ in poſteriori.

Innumera huiuſcemodi Exempla proferre poſſem; et plura lubenter adiungerem: eſt enim res magnae delectationis ſequi Auctorem ingenioſum veſtigia ſua relegentem, et παροράματα ſua feliciter reformantem. ſed alio me vocant aliorum παροράματα, Scribarum ſcilicet, qui luculenta argumenta praebebunt *Duarum Editionum* ab ipſo Maximo profectarum. Horum enim Incuria vel Inſcitia factum eſt, vt *Vtriusque Editonis* Lectiones in Contextu multis in locis adhuc conſpiciantur; adeo euidenter, vt κρίσεως peritos, ſemel monitos, ne dubitaturos quidem opiner. Huius quoque rei exempla pauca adponam.

Diſſert. I. ſect. 3. Epicuri doctrinam de *Voluptate* comparat βασιλικῇ ὁλκάδι Αἰήτου βασιλέως, *regio nauigio regis Aeëtae*. Quo nihil puerilius ſcribi potuit. ſi enim dicas aliquem eſſe *Regem*, quodnam opus vt addas, *nauigium* eius eſſe *Regium* nauigium? *Conſedit deinde in*

REGIA *ſella*, inquit Curtius V, 2. Recte. ſed riſiſſes ſi idem ſcripſiſſet, *in* REGIA *ſella* REGIS. Hic itaque habes Lectiones Vtriusque Editionis. nam poſt Recenſionem a Maximo factam, veriſimile eſt Scripturas Prioris Editionis in Margine Secundae ſeruatas fuiſſe, Emptoris et Lectoris curioſi gratia: vnde proceſſu temporis in Contextum hae quoque admiſſae fuerint. Priorem itaque Lectionem opinor fuiſſe βασιλικῇ ὁλκάδι Ἀιήτȣ, ſequiorem, ὁλκάδι Ἀιήτȣ βασιλέως, (quae vltima, ſi ambas perpenderis, multo potior videbitur, cum diſcrimen ſit inter ὁλκάδα βασιλικὴν et ὁλκάδα βασιλέως) et vocem βασιλικῇ Margini Secundae ἐκδόσεως adſcriptam fuiſſe, et inde in Noſtras defluxiſſe.

Iterum, Diſſert. XXII, 5. Τριῶν δὴ πολιτειῶν τρία τ' αὖ μιμήματα [βίων] ἴδοις ἂν ἐν ἀνθρώπȣ ψυχῇ. Vox βίων nihil hic agit; neque inuenire potes vbi eam ponas. ſi aliter cenſeas, conſtrue mihi hanc ſententiam. Neque melius procedet ſi diſtinguas poſt πολιτειῶν, et ſubintelligas ἐσῶν, vt abſolute iſta ſumantur, quod interdum ſit: tunc enim dixiſſe debuit ἐν ἀνθρώποις, vel ἐν ἀνθρώπων γένει, non ἐν ἀνθρώπων ψυχῇ, quod non patitur ſenſus communis. Admodum probabile videtur, editum a Maximo primum fuiſſe, Τριῶν δὴ βίων τρία τ' αὖ μιμήματα ἴδοις etc. poſtea vero pro βίων in Secunda Editione ſubſtitutum πολιτειῶν· quam vocem rei de qua agitur multo eſſe commodiorem, quivis, inſpecto loco, primo intuitu poſſit intelligere.

Rurſus, Diſſert. IX, 3. in deſcriptione Socratis: *Quid igitur ſi aliquis ad te veniret, et narraret, quod Athenienſis quidam,* γέρων τὴν ἡλικίαν, *profeſſione philoſophus, fortuna pauper,* — βεβιωκὼς μὲν πόῤῥω ἡλικίας, etc. At quid otioſius et ineptius eſſe potuit quam ambo iſta, γέρων τὴν ἡλικίαν, et βεβιωκὼς μὲν πόῤῥω ἡλικίας, in eadem ſententia et χαρακτηρισμῷ? nulla enim eſt differentia inter ſenſum harum locutionem. Quaenam igitur ex iis a manu vltima Maximi?

Poſterior,

Poſterior, vt mihi videtur; tum quia maiorem elegantiae ſpeciem habet, et, niſi fallor, eſt phraſis Platonis; tum propter ſequens comma, *βεβιωκὼς* ΜΕΝ *πόρρω ἡλικίας, ἐπαινέτας* ΔΕ *σχὼν τοῦ τρόπου* etc. vbi Aduerſatiua *δὲ* ſtabilit praecedens *μὲν*, et retinendam eſſe iſtam ſententiae partem aliquatenus probat.

Porro, Diſſert. XIX, 5. ex Euripidis *Phoeniſſis* v. 18. citauerat Maximus in Prima Editione Oraculum Laio datum,

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων ἄτερ,

errore memoriae, pro *δαιμόνων βίᾳ*, *Diis inuitis*; quemadmodum legitur in Euripide, et Luciano *Iup. Confut.* p. 124. Hunc errorem deprehendit Noſter et in Secunda correxit, et repoſuit *δαιμόνων βίᾳ·* et reiecta erat in Marginem, prout merebatur, altera Lectio, *ἄτερ.* ſed eam ibi manere non paſſi ſunt fidi Exſcriptores: nam *Harleianus* exhibet *δαιμόνων βίᾳπερ*, id eſt, *βίᾳ ἄτερ*, prioris Editionis Lectione ex Margine petita, et humano capiti addita ceruice equina. Inſigne hoc, niſi fallor, indicium Probabilitatis Coniecturae meae. Denique, ex hac Lectionum Confuſione natum arbitror, quod nonnulla loca nunquam reſtitui poſſint, donec inueniantur Codices diſtinctiores.

Sed ad aliam Criſin pergo; in quo metus eſt ne offendam, cum tam liberum iudicium prolaturus ſim de Scriptore Antiquo, Acuto, Ingenioſo, et certe Eruditiſſimo. Et tamen non vereor dicere, Has Diſſertationes FESTINANTER et PARVM ACCVRATE compoſitas fuiſſe, cuius rei *Duo* ſunt manifeſta Indicia. *Primum*, quod pleraeque *Citationes* ex Vetuſtis Scriptoribus, et *Facta* multa et *Hiſtoriae* adeo negligenter ab eo producuntur, vt pateat ea non ex Scriptorum Fide, ſed ex infida ſua Memoria fuiſſe petita. Permulta huiuſce rei exempla videbis in Notis eruditiſſimis Cl. *Dauiſii*; vnde certiſſime poſſis colligere, Haec ſcripta fuiſſe non ab homine in Muſeo ſuo

et

et inter Libros poſito; ſed raptim, et *αὐτοσχεδίως*, et vrgentibus temporis anguſtiis. Nimirum haec res fuit: Philoſophi hi, qualis fuit Noſter, magnam vitae partem in Peregrinationibus tranſigebant et Diſcurſibus (Lucri, vel Gloriae, vel denique Ἱστορίας gratia) per Syriam, Aſiam, Graeciam, et vicinas regiones; interdum Galliam et Italiam viſebant. poſtquam vero Vrbem aliquam aduenifſent ſplendidam et illuſtrem, et in qua hominum Eruditiorum et Politiorum maior eſſet copia, interdum rogati, interdum vltronei *Promiſere diem*, vt Ille ait et ingenii ſui Specimen publica aliqua *Recitatione* dederunt. Huiuſce generis ſunt Apuleii *Florida;* Luciani *Scytha*, et nonnulla alia; Ariſtides *Cyzicena*, et alia aliquot; et Veterum complura talia, quae adhuc extant, et Eruditis bene nota ſunt. Huiuſce generis videntur fuiſſe pleraeque harum, de quibus agimus, Diſſertationum. Iam vero, cum ſaepe neceſſe haberent hi Oratores ſubito et ex imparato, vel paruo admodum ſpatio temporis dato, diſſerere, et fortaſſe de Quaeſtione ab Alio propoſita, fieri vix potuit quin in has anguſtias redacti homines, et quaſi deprehenſi, nonnulla proferrent ἀνεξέταστα et inemendata, non ſolum in *Factorum* commemoratione, verum etiam in *Ratiocinatione;* a qua dependet *Secundum* Indicium noſtrae aſſertionis. nam ſane iniuriam faceremus acerrimi ingenii Scriptori, ſi vlli cauſſae, niſi *Feſtinationi*, adſignaremus tot in hac parte errores qui inſederunt has Diſſertationes, antequam eas Ipſe recenſuiſſet, et denuo edidiſſet. Atque haec, vt mihi videtur, praecipua vel vnica cauſſa fuit Secundae Editionis. notatu enim dignum eſt, iſtas, paene innumeras, Correctiones, quae in Codd. *Regio*, *Harleiano*, et *Paccii* Verſione inueniuntur, pleraſque verſari circa emendandam et reſtituendam Partem *Argumentatiuam;* et, quod mirum eſt, vix vnum Erratum *Hiſtoricum* a Maximo in Repetita Editione ſublatum reperies. Reſtant quidem adhuc, niſi fallor,

fallor, bene multa prioris generis, quae Ille aut non vidit, aut noluit tollere; ſaltem, non ſuſtulit. haec vbi occurrebant, notaui: quae tot numero ſunt, vt abunde ſufficiant non ſolum ad probandum iſtud quod dixi, Has Diſſertationes *parum accurate* compoſitas, verum etiam, minus exacte *recenſitas* fuiſſe, et *Secunda vice* emiſſas.

Nihilominus vtiliſſimum et ſaepe repetita lectione dignum eſſe hunc Auctorem exiſtimo, cum propter Rerum et Quaeſtionum, de quibus diſſerit, momentum et grauitatem; tum ob eximias Ipſius dotes, Ingenii Acumen et Amoenitatem ſimul, Inuentionem feliciſſimam, Eruditionem diffuſiſſimam. Vtinam multo plures huiuſce generis antiquos Scriptores haberemus.

I. M.

Mart. 10.
A. D. MDCCXL.

INDEX

INDEX DISSERTATIONVM.

Ordo huius edit.

I. (ex ordine vulgari 31.) Voluptatem etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.

II. 32. Voluptatem etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.

III. 33. Voluptatem etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.

IV. 34. Quis ſit philoſophiae finis.

V. 35. Ex aduerſa fortuna vtilitatem percipi.

VI. 36. Quomodo quis ad amicum ſe praeparare debeat.

VII. 37. Omni ſubiecto philoſophiam conuenire.

VIII. 38. Vtrum Diis ſint dicandae ſtatuae.

IX. 39. An recte fecerit Socrates, quod accuſatus non reſponderit.

X. 29. Vtri melius de Diis ſenſerint, poetae an philoſophi.

XI. 30. An orandus ſit Deus.

XII. 40. Quid ſit ſcientia.

XIII. 41. Corporiſne, an animi, grauiores ſint morbi.

XIV. 25

Ordo huius edit.

XIV. 25. Quid ſit Socratis Deus.

XV. 27. Iterum quis ſit Deus Socratis.

XVI. 28. Vtrum diſciplinae ſint reminiſcentiae.

XVII. 1. Quid ſit Deus ſecundum Platonem.

XVIII. 2. Vtrum referenda ſit iniuria.

XIX. 3. Vtrum, manente diuinatione, aliquid ſit in noſtra poteſtate.

XX. 4. Quomodo ab adulatore amicus debeat diſtingui.

XXI. 5. Vitam actiuam comtemplatiuae praeferendam eſſe.

XXII. 6. Vitam contemplatiuam actiuae praeferendam eſſe.

XXIII. 7. Vtrum recte Homerum e republica ſua dimiſerit Plato.

XXIV. 8. De amatoria Socratis.

XXV. 9. De eodem amore.

XXVI. 10. De eadem Socratis amatoria.

XXVII. 11. De eodem amore.

XXVIII. 12. Omni ſermonum voluptate maiorem eſſe eam, quae ex philoſophia percipitur.

XXIX. 13.

Ordo huius edit.

XXIX. 13. Vtri in republica vtiliores ſint; milites, an agricolae. Et primo pro militibus.

XXX. 14. Agricolas vtiliores eſſe militibus in republica.

XXXI. 15. Solos ſermones, qui operibus reſpondent, eſſe optimos.

XXXII. 16. An ſit ſecundum Homerum definita in philoſophia opinio.

XXXIII. 17. An virtus ſit ars.

XXXIV. 18. Quomodo quis ſine dolore eſſe poſſit.

XXXV. 19. Quis philoſophiae ſit finis.

XXXVI. 20. An praeferenda ſit Cynici vita.

XXXVII. 21. An quicquam ad virtutem artes liberales conferant.

XXXVIII. 22. An aliquis diuinitus bonus fiat.

XXXIX. 23. Bonum bono maius non eſſe.

XL. 24. Bonum bono maius eſſe.

XLI. 25. Cum Deus bona faciat, vnde ſint mala.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ
ΛΟΓΟΙ.
MAXIMI TYRII
DISSERTATIONES.

ΛΟΓΟΣ Α΄.

Περὶ ἡδονῆς, ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ȣ̓ βέβαιον. [a]

Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, κατὰ παλαιὸν ᾆσμα. [b] Πότερά ἐςιν ἵππῳ χαλεπὸν [c] ἐσθλὸν ἔμμεναι τὴν

DISSERT. I.

Voluptatem etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.

DIFFICILE *eſt bonum eſſe*, vt in veteri carmine eſt. Scire velim, vtrum equo difficile ſit virtute equi, et cani virtute ſua

NOTAE ET EMENDATIONES IN MAXIMVM TYRIVM.

DISSERT. I. *vulgo* XXXI.

a ΠΕΡΙ ἡδονῆς, ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ȣ̓ βέβαιον.] Tribus primis Diſſertationibus hoc lemma praefigunt editi, cum quibus faciunt Reg. et Vindob. vt patet ex Lambecii Comment. lib. VII. cod. x. p. 19. Earum tamen duabus haud omnino conuenit; quippe voluptatem Maximus non hominis eſſe bonum in ſecunda contendit; cuius quidem ſententiae tertia eſt ἀνατρεπτική. Cum igitur in Mſ. Harleiano Diſſertationis illius index ſit περὶ ἡδονῆς γ΄, putarim ab auctoris manu tantum fuiſſe περὶ ἡδονῆς α΄, περὶ ἡδονῆς β΄, περὶ ἡδονῆς γ΄, reliqua vero librariis deberi.

Sectio α΄.

b χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, κατὰ παλαιὸν ᾆσμα.] Henr. Stephano melius

ἵππου ἀρετὴν, καὶ κυνὶ τὴν κυνός; ἢ ἵππῳ μὲν καὶ κυνὶ ȣ̓ χαλεπὸν τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν, ἀλλὰ ῥαςώνη τȣ́των ἑκάςῳ ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀυτȣ͂ ἀρετῆς [d], εἰ ὁ μὲν ἵππος ὑπὸ τέχνης πωλευθείη καλῶς, ὁ δὲ κύων ἐν θήρᾳ σκυλακευθείη δεξιῶς· Τῷ δὲ ἀνθρώπῳ μόνῳ δυσθήρατον τὸ ἀγαθὸν καὶ δύσληπτον καὶ ἀμφισβητήσιμον, καὶ ȣ̓δεμία πω ἐξεύρηται τέχνη, ὑφ' ἧς παιδευθείη τȣτὶ τὸ γένος; ȣ̓ γὰρ

ſua excellere; an vero proprium illi bonum ſine difficultate conſequantur, ſingulisque virtutis] ſuae facilis ſit poſſeſſio: ſiquidem ab arte equus tener adhuc, vt oportet, dometur; et a teneris venationi aſſueſcat canis. Solus vero homo ad inueſtigationem boni ſui non niſi aegre peruenit, nec facile aſſequitur, nec facile diſcernit; nullaque adhuc inuenta ars eſt, qua commode et perfecte inſtituatur hoc genus. Nulla enim vnquam

melius videtur κατὰ τὸ παλαιὸν ᾆσμα. Vtrumque autem bene ſe habet. Ad oram vero codicis Regii ſcribitur, Πιττακὸν ἀποτιθέμενον τὴν ἀρχὴν, πρὸς τȣ̀ς [θαυμάζοντας] εἰπεῖν, Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· Σόλωνα δὲ μαλακίαν αὐτȣ͂ καταγνόντα φάναι, Χαλεπὰ τὰ καλά· διὸ καὶ ἑκάτερα παροιμιασθῆναι. Eadem verba legi queant apud Suidam in Χαλεπὰ τὰ καλὰ, niſi quod eius exemplaria perperam dent πρὸς τȣ̀ς [ἀκμάζοντας.] Sed ex ſcholiaſta noſtro reponendum πρὸς τȣ̀ς [θαυμάζοντας.] Hoc Kuſterum docere potuit Apoſtolius Cent. XX. 47. vbi repetitur haec ῥῆσις. Immo Petr. Pantinus ex eo Suidam corrigendum iampridem monuit. Hoc porro dictum Pittaci memorant plures, ut oſtendere Caſaubonus et Menagius ad Laertii I, 76. Quin et ᾄσματα dici philoſophorum ſententias, aut ἀποφθέγματα, licet numeris haud adſtringantur, vere tradidit Heinſius Introd. in Heſiodi Op. et Dies cap. VI.

c Πότερά [ἐςιν] ἵππῳ χαλεπὸν] Vulgo πότερα [καὶ] ἵππῳ χαλεπόν. Arceriana vero excerpta ſimul ac Mſ. Harleian. exhibent πότερα [δὲ καὶ] ἵππῳ χαλεπὸν, et id Heinſio placet. Sequenda tamen videbatur Regii codicis fides, cum vetuſtiſſimus ſit et optimus.

d ῥαςώνη τȣ́των ἑκάςῳ [ἐπιλαβέσθαι] τῆς [ἀυτȣ͂] ἀρετῆς·] Ita Reg. Quin et ἐπιλαβέσθαι repraeſentat Harleian. Vulgo deeſt ea vox, et αὐτῶν non αὐτȣ͂ legitur.

e ȣ̓γὰρ

ἕξει τοῖς σοφισταῖς πρόφασις [e] λόγων [f] καὶ διαγωνίας [g] καὶ διδασκαλίας, [h] οὐδὲ ἀφαιρήσει αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα τοῦ τέλους,

vnquam ſophiſtis differendi deerit, aut diſputandi, aut docendi occaſio. Nemo ſibi ſpem conſequendi finis praecidet ſui, nemo

e οὐ γὰρ ἕξει τοῖς σοφισταῖς πρόφασις λόγων καὶ διαγωνίας καὶ [διδασκαλίας,]. Cum Heinſius loco διδασκαλίας in Mſ. Regio legiſſe ſibi videretur οἶδος, ex eo vocabulo fecit ἔριδος, totumque locum ſic emendauit et diſtinxit, οὐ γὰρ [λήξει] τοῖς σοφισταῖς πρόφασις λόγων καὶ διαγωνίας καὶ [ἔριδος] καὶ [οὐδεὶς] ἀφαιρήσει αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα τοῦ τέλους. Verum enimuero Reg. et Harleian. dant οἶδας, vnde forſan reponi queat [εἰ] γὰρ [ἥξει] τοῖς σοφισταῖς πρόφασις λόγων καὶ διαγωνίας, καὶ [οὐδεὶς] οὐδὲ ἀφαιρήσει αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα τοῦ τέλους. Vide Diſſert. XXXIII. §. 8.

lae veniat hiſtrio; primasque in choro ſibi ſumat, qui et dignitatem poetae tueri, diuerſisque orationis geſtibus res omnes, quae a Deo in hoc conſcriptae ſunt dramate, commode exprimere poſſet: meritone reprehendi deberet hic homo, aut vafer haberi? vel qualem Protea deſcribit ſuum Homerus, quem heroem facit marinum, qui in formas omnes tranſit, omnes in naturas? An vero aliter hic agitur? Vt, exempli gratia, ſi nemo ſine arte muſica eiusque ad felicitatem peruenire poſſet ſcientia, adeſſet autem aliquis, qui Do-

ricos

c Φυλάττοι μὲν τὸ τῶν [ποιημάτων] ἀξίωμα,] Vulgo ποιητῶν ἀξίωμα, quo modo Paccius etiam legit. At omnino ſequendus eſt Mſs. Reg. Paulo poſt, ἡρμόσθαι δεῖ πολυφώνως τε καὶ πολυτρόπως, σώζοντα μὲν ἀεὶ τὸ τῶν [ποιημάτων] κάλλος. Iterum non procul ab huiuſce Diſſert. fine, Τὸ μὲν γὰρ τῶν [ποιημάτων] κάλλος ἓν καὶ ταὐτὸν, ἐάν τε ὁ δυνάστης λέγων ᾖ, ἐάν τε οἰκέτης.

Ibid. τὸ τῶν ποιητῶν ἀξίωμα] Legendum opinor, τῶν ποιημάτων, *poematum dignitatem:* vt mox, σώζοντα μὲν ἀεὶ τῶν ποιημάτων κάλλος· et verſus finem: τὸ μὲν γὰρ τῶν ποιημάτων κάλλος ἓν καὶ ταυτὸν, ἐάν τε δυνάστῃ; ὁ λέγων ᾖ, ἐάν τε οἰκέτης· quae explicant quid velit Maximus per τῶν ποιημάτων; nempe τοῦ δράματος, vel, vt ad finem Diſſertationis, τῶν δραμάτων. Ita etiam Cod. *Regius.* M.

d τοῦτον πλημμελῆ καὶ πολύφωνον,] Vulgo τοῦτον [τὸν] πλημμελῆ. Sed articulum iſtum merito neſciunt Reg. et Harleian. Heinſius quidem reponit, ἆρ' ἄν τις ἡγήσαιτο πλημμμελῆ, τοῦτον τὸν πολύφωνον, καὶ οἷον, etc. Verum neceſſaria non videtur vlterior mutatio, nam loci ſenſus eſt: *Numquis hunc male ſe gerere ſtatuerit, licet varias voces emittat, ſitque, quod de Proteo marino heroe refert Homerus, varia forma, omnigenaque natura?*

e [Ἰάστιον]

τρόπον ἡρμοσμένȣ καλῶς, εἰ δέ πȣ ἐδέησεν ἰάςιον ἁρμόσασθαι [e] κατὰ το Αἰόλιον ἦθος ἀφώνȣ γιγνομένȣ, ἐν τῇ πολυφωνίᾳ τῆς τέχνης;

β΄. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ᾠδῆς μὲν καὶ τῆς ἐκ μελῶν ψυχαγωγίας ὀλίγη τοῖς ἀνθρώποις χρεία, δεῖ δὲ τινος ἄλλης μȣσης ἀνδρικωτέρας, ἣν Ὅμηρος μὲν Καλλιόπην ὀνομάζων χαίρει, ὁ Πυθαγόρας δὲ Φιλοσοφίαν, ἄλλοι δὲ ἴσως ἄλλο τι· τὸν τῇ μȣσῃ ταύτῃ κάτοχον ἄνδρα, καὶ λόγον, ἆρα ἧττον ἐκείνων τῶν ᾠδικῶν ἡρμόσθαι δεῖ πολυφώνως καὶ πολυτρόπως, σώζοντα μὲν ἀεὶ τὸ τῶν ποιημάτων κάλλος, μηδέποτε δὲ ὑπ᾽ ἀφωνίας ἐκπληττόμενον; Εἰ μὲν γὰρ

ricos quidem modos teneret omnes, in Aeolicis autem, ſi quando eos ars, quae varia eſt, requireret, obmuteſceret; nullus eius hominis vſus in arte ea eſſet, quae diuerſitatem vocum ac varietatem requirit.

2. Cum vero muſices, eiusque, quae ex modulationibus hauritur, voluptatis vſus ſit exiguus hominibus, ſed robuſtiore quadam Muſa ſit opus, quam Calliopen Homerus, philoſophiam Pythagoras, alio alius appellat nomine; tali ergo, quem afflauerit haec Muſa, hoc ſtudium, ſi et dignitatem tueri eius, et nunquam ſuam ſilentio confiteri velit imperitiam, minus quam vulgaribus iſtis, ad omnia vocum modorumque genera accommodandam eſſe vitam arbitramur? Si enim

e [ἰάςιον] ἁρμόσασθαι κατὰ τὸ Αἰόλιον ἦθος] Vulgo ἴςιον ἁρμόσασθαι. Quid autem muſicae cum velo? Nos igitur lectionem dedimus, quam repraeſentant Reg. et Harleian. Euclides Introd. Harm. p. 20. Λύδιοι δὲ δύο (τόνοι,) ὀξύτερος, καὶ βαρύτερος, ὃς καὶ Αἰόλιος καλεῖται. Φρύγιοι δύο, ὁ μὲν βαρὺς, ὃς καὶ [ἰαςιος·] ὁ δὲ ὀξύς· Ariſtides. Quintilianus de Muſ. lib. I. p. 23. Φρύγιοι δύο (τόνοι·) ὁ μὲν βαρὺς, ὃς καὶ ἰάςιος· ὁ δὲ ὀξύς. Λύδιοι δύο· ὁ μὲν βαρὺς, ὃς νῦν [Αἰόλιος·] ὁ δὲ ὀξύς. Similiter tropum Iaſtium et Aeolium memorat Marcianus Capella lib. IX. p. 317. Caſſiodorus Var. II. 40. *Aeolius animi tempeſtates tranquillat, ſomnumque iam placatis attribuit. Iaſtius intellectum obtuſis acuit*, etc. Eorundem meminit etiam de Muſica, p. 587. Vide ſis et Platonem lib. III. de Rep. p. 437. D. qui modos hos molles et remiſſos fuiſſe docet.

ἐστι τὶς χρόνος βίου ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ καὶ διηνεκεῖ αἰῶνι ἀδεὴς φιλοσόφου λόγου [f], οὐδὲν δεῖ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας· ἢ εἴπερ τὰ ἀνθρώπινα [g] εἰς ἓν σχῆμα συνταχθέντα ὁμοίως πρόεισιν, οὔτε εἰς λύπας ἐξ ἡδονῆς, οὔτε εἰς ἡδονὴν ἐκ λύπης μεθιστάμενα, οὔτε πάθος ἀμείβοντα ἐκ πάθους, οὔτε ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα [h] καὶ μεταβάλλοντα τὴν ἑκάστου γνώμην.

Τοῖος γὰρ νόος [i] ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·

ἀντίστροφα γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων [k] βουλεύεται τὸ δαιμόνιον, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἐφήμερος ἡ φύσις. Ὥσπερ

enim ita ſe res ferrent, vt in tam longo perpetuoque aeuo pars vitae eſſet, quae philoſophia opus non haberet, fortaſſe diuerſa haec multimodaque nihil eſſet opus modulatione muſica; ſi res humanae vultum ſeruarent ſuum, ſi eodem modo procederent, non vt voluptatem moeror, moerorem voluptas, caſum caſus exciperet, atque haec ipſa ſurſum ſecum deorſumque mentem ſingulorum traherent.

Talis mens hominum, terrae quos ſuſtinet vber,
Qualem cottidie genitor velit eſſe Deorum.

Conuerſionem enim rebus quotidie humanis inducit Deus, nec alia quam in diem earum eſt conditio. Quippe ſicut fluuiis, qui

Sectio β'.

f [ἀδεὴς] φιλοσόφου λόγου,] Sic Mſs vulgo ἀνενδεής. Vide nos ad initium Diſſert. V.

g [ἢ] εἴπερ τὰ ἀνθρώπινα] Vulgo deeſt vox prima. Reg. habet ἢ εἴπερ, Harleian. ἢ εἴπερ, quod manifeſto verum ſententiaeque neceſſarium; quapropter id recepimus.

h [οὔτε] ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα] Sic optime Reg. et Harleian. Vulgo οὕτως ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα.

Ibid. ἐκ πάθους οὕτως ἄνω καὶ κάτω etc.] Lego et diſtinguo: οὔτε πάθος ἀμείβοντα ἐκ πάθους, οὔτε ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα etc. Vide praecedentia. Et ita editum video. M.

i Τοῖος γὰρ νόος] Odyſſ. Σ'. 135.

k [ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων] Vulgo ὑπὸ, pro quo ὑπέρ vel ἐπὶ mauult Stephanus, Heinſio ſuffragante. Prius rectum, ſic enim dat Harleian. cuius fide nos id admiſimus.

ε τὰ

ὃν τῶν ποταμῶν, ὃς ἀφιᾶσιν αἱ ἀέναοι πηγαὶ, τὸ μὲν ὄνομα ἓν, Σπερχειὸς [1], ἢ Ἀλφειὸς, ἢ ἄλλο τὶ, ἀμείβουσα δὲ ἡ γένεσις τὸ ἐπιὸν πρὸς τὸ οἰχόμενον ἐξαπατᾷ τὴν ὄψιν τῇ συνεχείᾳ τῆς φορᾶς, ὡς ἑνὸς ὄντος ποταμοῦ διηνεκοῦς καὶ ἡνωμένου· οὕτω καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἀενάου ῥεῖ ἡ γένεσις καὶ ἡ χορηγία, ὀξέως μὲν καὶ μετὰ ἀμηχάνου τάχους, ἀνεπαίσθητος δὲ ἡ φορὰ, καὶ ἐξαπατᾶται ὁ λογισμὸς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἡ ὄψις, καὶ καλεῖ βίον ἕνα καὶ τὸν αὐτόν. Τὸ δέ ἐστι χρῆμα πολύμορφον καὶ παντοδαπὸν, πολλαῖς μὲν τύχαις, πολλοῖς δὲ πράγμασι, πολλοῖς δὲ καιροῖς ἀλλοιούμενον. Ἐπιτέτακται δὲ αὐτῷ ὁ λόγος, σχηματιζόμενος ἀεὶ τοῖς παροῦσιν· ὥσπερ ἰατροῦ τέχνη ἐπὶ σώματι οὐκ ἑστῶτι, ἀλλὰ φερομένῳ ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὑπὸ κενώσεως καὶ πλησμονῆς κυκωμένῳ, οἰκονομοῦσα αὐτοῦ τὴν ἔνδειαν καὶ τὸν κόρον.

qui e perpetuo oriuntur fonte, nomen vnum eſt, Sperchius videlicet, Alpheus, aut ſimile; noua autem ſemper aquarum acceſſio, quarum haec tranſiit, illa accedit, oculis imponit, vt vnum idemque eſſe videatur flumen: eodem modo e perenni res humanae fonte mira quadam perpetuaque velocitate fluunt, naſcuntur, proueniunt; curſum vero eorum nemo ſentit, nec aliter humana in eo decipitur ratio, quam in fluvio aſpectus, vt vnam eandemque eſſe arbitretur vitam. Ea autem res diuerſa in primis eſt ac varia, quae a caſibus, negotiisque multis mutatur, et occaſionibus. Huic praeeſt ratio quae praeſentibus ſemper ſe accommodat; non aliter quam medicina in corpore inſtabili, quodque nunc in hanc nunc in illam varie mouetur partem, et aut fame aut nimio infeſtatur cibo, vtrumque tam hoc quam illud arte certa temperat, ne cibo egeat, nec repleatur nimium. Idem in vita humana ſermo

1 τὸ μὲν ὄνομα ἓν, Σπερχειὸς,] Vulgo ὄνομα ἓν, ὁ Σπερχειὸς. Sed articulus abundat, ideoque vel in ἢ mutandus eſt, vel omnino delendus, quod ob Maximi φρᾶσιν malo. Et ſane per eum in Harleian. linea ducitur, qua expungi debere librarius indicauit.

τῦτο καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ὁ τῶν φιλοσόφων δύναται λόγος, ξυναρμοζόμενος τοῖς πάθεσι, καὶ πεπαίνων μὲν τὰ σκυθρωπὰ [m], συνευφημῶν δὲ τοῖς φαιδροτέροις.

γ΄. Εἰ δὲ διὰ βίυ τάξις μία καὶ εἶδος ἕν, ἑνὸς ἔδει λόγυ [n] καὶ ἤθυς ἑνός [o]· νῦν δὲ ἀοιδῦ μὲν πρὸς κιθάραν μινυρίζοντος καιρὸς εἷς, ἐπειδὰν πλήθωσιν αἱ τράπεζαι.

Σίτυ καὶ κρειῶν, μέθυ δὲ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος προχέῃσι [p]·

καὶ ῥήτορος καιρὸς εἷς, ἐπειδὰν ἀθροισθῇ τὰ δικαστήρια· καὶ ποιητῦ καιρὸς ἐν Διονυσίοις [q], ἐπειδὰν χορῦ δέῃ·

ſermo poteſt philoſophicus; vt ipſis ſe accommodet affectionibus, adeoque, ſi quae duriores ſunt, mitiget, ſi quae hilariores ſunt, approbatione ſua confirmet.

3. Quod ſi viuendi vnus eſſet modus, eademque ratio, vna opus diſciplina eſſet, vna viuendi conſuetudine: nunc vero certum vides citharoedo tempus eſſe, cum ad fides molliter canit, cum redundent menſae

Frugibus atque epulis, meraque e crateribus altis
Effundat pincerna;

certum tempus oratori in iudicio frequenti; certum Dionyſiis poetae, cum chorum ſuum flagitat ſpectator. Sola philoſophia

m πεπαίνων τὰ σκυθρωπὰ] Recte πεπαίνων *mitigans*. Heſychius: Πεπαίνεται. —— μαλάσσεται —— πραΰνεται et, Πεπάναι, πραΰναται. male ſcribitur πραῦναι. Ach. Tatius lib. V. p. 295. χρόνος γὰρ λύπης φάρμακον, καὶ πεπαίνει τῆς ψυχῆς τὰ ἕλκη. M.

Sectio γ΄.

n ἑὸς ἔδει λόγυ] Vſitatius, ἑνὸς ἂν ἔδει· *opus foret*. M.

o ἤθυς ἑνός·] Vulgo ἔθυς. Noſtram vero lectionem praeſtant Reg. et Harleian. eamque probauit Heinſius; licet hanc ſuo potius ingenio, quam codicum fidei voluerit adſcriptam.

p μέθυ δὲ κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνοχόος [προχέῃσι.] Scribe μέθυ δ' [ἐκ] κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνοχόος [φορέῃσι,] prout legitur apud Homerum Odyſſ. Ι΄. 9. et Platonem lib. III. de Rep. p. 433. G. In Luciano tamen vol. II. p. 245. legitur μέθυ δὲ κρητῆρος ἀφύσσων. Scribe μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος, etc.

q ποιητῦ καιρὸς ἐν Διονυσίοις,] Vulgo ποιητῦ καιρὸς [εἷς] ἐν Διονυσίοις. Antepenultimam vero vocem neſciunt Reg. et Harleian.

r [εἰκά-

τῷ δὲ Φιλοσόφȣ λόγῳ ȣ̓δεὶς ἀποτέτμηται καιρὸς ἴδιος, ἀλλὰ συμπέφυκεν ἀτεχνῶς τῷ βίῳ, καὶ ἀνακέκραται, καθάπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ Φῶς. Τί γὰρ ἂν ἐπινοήσαις ὀφθαλμȣ̃ ἔργον, ἀφελὼν τὸ Φῶς; Ἀλλ' ὄψις μὲν ἤδη καὶ ἐν νυκτὶ θαρσεῖ, ἀμβλὺ μὲν ὁρῶσα, εἰκάζȣσα δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ τὴν χειραγωγίαν [r]· τȣ̃ δὲ τῶν ἀνθρώπων βίȣ ἂν ἀφέλης λόγον, οἰχήσεται κατὰ κρημνῶν τινῶν πονηρὰς καὶ ἀσαφεῖς ὁδȣ̀ς καὶ τραχείας· οἵας ὁδȣ̀ς καὶ τὸ βαρβαρικὸν ἔρχεται [s], ὅσον αὐτȣ̃ μὴ μετέσχε λόγȣ [t], τὸ μὲν ληϊζόμενον, τὸ δὲ μένον [u], τὸ

phia tempus non agnoſcit certum, ſola vitae humanae arctiſſime adhaeret, neque magis ab ea ſeparari, quam lux poteſt ab oculis. Quod enim oculo relinquis opus, lucem ſi demis illi? Et tamen viſus noſter nocte etiam poteſt aliquid; licet caliget enim, auxilium tamen manuductoris flagitat in tenebris. At ex humana vita rationem ſi tollas, de ſemita continuo ſua per aſperas incertasque aberrabit ſalebras, donec in praeceps feratur. Quod in barbaris vides, ſi qui eorum ratione deſtituuntur; alii praedae cauſa ſemper vagantur, manent ſemper alii, alii mercede locant operam, alii, quo error

r [εἰκάζȣσα] δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ τὴν χειραγωγίαν·] Vulge αἰτίζȣσα. Verum praeterquam quod vocem, quam dedimus, exhibent Reg. Harleian. et Paccii codex, αἰτίζω poetis ſolis eſt familiare; nec intelligo qui ὄψις ἐν νυκτὶ θαρσῆ, ſi χειραγογίαν mendicet. Omnino ſana eſt Mſs. lectio. Vertas modo, *repraeſentans* vel *exprimens*, vel *effingens in tenebris rationem, qua caeci ducuntur.* Nam cum nox eſt caliginoſa, viam quodammodo palpamus, manusque, tanquam duci cuidam praebentes, extendimus.

s οἵας ὁδȣ̀ς —— ἔρχεται] Praeceſſit, οἰχήσεται —— πονηρὰς καὶ ἀσαφεῖς ὁδȣ̀ς. itaque elegantius hic repeteretur eadem phraſis, οἵας ὁδȣ̀ς οἴχεται. M.

t ὅσον αὐτȣ̃. [μὴ] μετέσχε λόγȣ,] Sic Reg. ct Harleian. vt et Paccii codex, quod ex eius verſione patet. Sic etiam reſcribendum vidit Stephanus. Vulgo ὅσον αὐτȣ̃ μετέσχε λόγȣ, praetermiſſa particula negante, quam mens auctoris efflagitat.

Ibid. ὅσον αὐτȣ̃ μετέσχε λόγȣ] Senſus poſcit Negatiuam, ȣ̓ μετέσχε λογȣ. Codices babere iam video μὴ μετέσχε. M.

u τὸ μὲν ληϊζόμενον, τὸ δὲ μένον,] Sic vterque codex, ſed

 ommno

δὲ μισθοφοροῦν, τὸ δὲ πλανώμενον. Ἀλλ᾽ αἰπολίου μὲν ἂν ἀποστήσας τὸν ποιμένα [x], καὶ ἀφελὼν τὴν σύριγγα, διέλυσας τὸ αἰπόλιον· τῆς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἐὰν ἀποστήσῃς τὸν ἡγεμόνα τοῦτον καὶ συναγωγέα λόγον, τί ἄλλο δράσεις [y]; λυμαίνῃ καὶ διαλύεις ἀγέλην, ἥμερον μὲν τὴν φύσιν, δυσπαθῆ δὲ [z] ἀπὸ πονηρᾶς τροφῆς, καὶ δεομένην ποιμένος μουσικοῦ, μὴ μάστιγι μηδὲ κέντρῳ κολάζοντος αὐτῶν τὴν ἀπείθειαν. Παραπλήσιόν μοι γὰρ δοκεῖ δρᾷν [a], ὅστις οὐκ ἀξιοῖ τὸν φιλόσο-

error ducit, ſequuntur. Nam vt e pecudum grege paſtorem ſi tollas, fiſtulam demas, gregem diſſoluis; ita in hoc hominum grege; rationem ſi demas, quae vitae dux eſt, in vnum errantes quae cogit, quid aliud agis? Diſſoluis nimirum, ac disiungis hunc gregem, natura quidem cicurem et mitem, ſed quem pabulorum facile corrumpit incuria; qui paſtorem requirit commodum, non qui flagris ſemper aut ſtimulis in eorum rigide aduertat contumaciam. Non aliud enim mihi facere videtur, qui vllum prorſus omittere philoſophum philoſophandi

omnino male. Quas enim, quaeſo, ὁδοὺς ἔρχεται, qui ſemper in eodem loco manet? Paccius legit τὸ δὲ μαινόμενον, vt docet eius interpretatio. Mihi placet τὸ δὲ μοιχεῦον, nam τὸν δὲ [ληϊζόμενον,] ὡς κερδανοῦντα. τὸν δὲ [μοιχεύοντα,] ὡς λησόμενον infra dicit.

Ibid. τὸ δὲ μένον,] *Paccius* vertit quaſi inueniſſet in ſuo Codice μαινόμενον· quod non potius eſt quam μένον. *inſania* enim non eſt *Barbaris* propria magis quam cultis gentibus. *Heinſii* Verſio admodum vaga eſt. Requiritur aliquid Barbaris peculiare, vt in caeteris, ληϊζόμενον, μισθοφοροῦν, πλανώμενον. ideo coniectura Cl. Editoris, μοιχεῦον, minus placet. neque exemplum quod Ille adfert ex ſect. 5. ad hunc locum quidquam pertinet. M.

x ἂν ἀποστήσας τὸν ποιμένα] Abundare videtur ἄν. ſi retineas, legeudum foret ἂν ἀποστήσῃς, et ἀφέλῃς. Sed incertus admodum et vagus eſt huius particulae vſus. M.

y τί ἄλλο δράσεις; λυμαίνῃ etc.] Opinor, τί ἄλλο δρᾷς ἢ λυμαίνῃ καὶ διαλύεις ἀγέλην etc. M.

z δυσπαθῆ δὲ etc.] Scribe δυσπειθῆ· ſequitur enim, κολάζοντος αὐτῶν τὴν ἀπείθειαν. M.

a Παραπλήσιόν μοι γὰρ δοκεῖ δρᾷν,] Sic Reg. at Harleian. παραπλήσιον γάρ μοι. Vtrumque melius, quam quod in editis, παραπλήσιον γὰρ δοκεῖ δρᾷν μοι.

b ὅστις

φον μηδένα παριέναι καιρὸν λόγου [b], οἷον εἴ τις καὶ ἀνδρὶ δεινῷ τὰ πολέμια, ἀγαθῷ μὲν ὁπλιτεύειν, ἀγαθῷ καὶ ἐκηβολεῖν [c], καὶ ἐφ᾽ ἵππου καὶ ξὺν ἅρματι, ἀποκρίναι καιρὸν ἕνα, ἐξελόμενος τῆς ὅλης τοῦ πολέμου χρείας καὶ τύχης, πράγματος οὐχ ἑστῶτος οὐδ᾽ ὡμολογημένου.

δ΄. Ἀθλητῇ μὲν γάρ ἐστιν, Ὀλυμπιάσιν ἀγωνισαμένῳ, ἀμελῆσαι τοῦ Ἰσθμοῦ· καίτοι κἀνταῦθα ἐπονείδιστος ἡ ῥαθυμία [d], καὶ οὐκ ἀνέχεται ἡ φιλότιμος ψυχὴ ῥαστώνης πόθῳ τὸ μὴ διὰ πάντων ἐλθεῖν, καὶ μετασχεῖν μὴ κοτίνου μόνον [e] Ὀλυμπιάσιν, ἀλλὰ καὶ πίτυος

ſophandi vult tempus; quam ſi viro quis militari, qui et inter cataphractos pugnare cum laude; et eminus tela tam ex équo quam e curru poſſit dirigere, certum aliquod belli tempus praefigat, aut parti alicui ex omnibus adſtringat, idque tam varia in re ambiguaque.

4. Forte enim athletae, vt Olympicis certet, Iſthmica vero negligat, aliquis permittat: quamuis nec haec reprehenſione careat ignauia; non enim facile a ſe generoſa impetrare poteſt anima, vt non omnia experiri malit, quam otiari, nec oleaſtrum tantum Olympicis, ſed et pinum Iſthmicis, et apium

b ὅστις οὐκ ἀξιοῖ τὸν φιλόσοφον μηδένα παριέναι καιρὸν λόγου,] Verte: *qui non vult a philoſopho nullum praetermitti munium ſuorum fungendorum tempus.* Heinſius ab auctoris mente prorſus aberrauit.

c ἀγαθῷ ΚΑΙ ἐκηβολεῖν,] Legendum puto ΔΕ pro ΚΑΙ. praeceſſit enim, ἀγαθῷ ΜΕΝ ὁπλιτεύειν. M.

Sectio δ΄.

d ἐπονείδιστος] ἡ ῥαθυμία] Harleian. dat ἐπονείδιστον, quod placet: in hoc enim loquendi genere multus eſt Maximus. Vide ſis initium Diſſert. XVII.

Ibid. ἡ ῥαθυμία οὐκ ἀνέχεται etc.] Lego et diſtinguo, καίτοι κἀνταῦθα ἐπονείδιστος ἡ ῥαθυμία, οὐδ᾽ ἀνέχεται ἡ φιλότιμος ψυχὴ etc. Codices καὶ οὐκ ἀνέχεται eod. ſenſu. et *Harl.* ἐπονείδιστον bene. M.

e [καὶ] οὐχ ἀνέχεται ἡ φιλότιμος ψυχὴ ῥαστώνης πόθῳ τὸ μὴ διὰ πάντων ἐλθεῖν, καὶ μετασχεῖν [μὴ] κοτίνου μόνον] Vulgo deeſt prima vox, vt et antepenultima. Vtramque nos auctoritate Mſs. Reg. et Harleian. Maximo reſtituimus. Abeſſe ſane non poterant ſine magno concinnitatis et ſenſus diſpendio.

Ibid. μετασχεῖν κοτίνου μόνον] Sequitur ἀλλὰ καὶ· quod clare probat deeſſe Negatiuam, οὐ κοτίνου

ἰσθμικῆς, καὶ σελίνȣ Ἀργολικȣ͂, καὶ μήλων Πυθικῶν [f], καὶ ταῦτα, ȣ̓κ αὐτὴ ἔχȣσα ἡ ψυχὴ τὴν αἰτίαν τῆς ἀγωνίας, ἀλλὰ διὰ τὴν συνοίκησίν τε, καὶ πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίαν, συναπολαύȣσα τῆς νίκης αὐτῷ [g] καὶ τῶν κηρυγμάτων. Ὅπȣ δὲ καὶ ὁ πόνος τῆς ψυχῆς αὐτῆς, καὶ τὸ ἀγώνισμα τῆς ψυχῆς [h] μόνης, καὶ νίκη μόνης, ἐνταῦθα παρόψεται τινὰ ἀγῶνος καιρὸν [i], καὶ

apium Argolicum, et mala conſequatur Pythica; cum praecipue non cauſa ſua haec certamina ſubeat anima, ſed ob eam, qua cohaeret cum corpore ſuo et verſatur, conſuetudinem, victoria ipſius quoque delectetur et praeconio. Vbi vero totus animae ſolius labor poſcitur, ſolius animae certamen cernitur; hic occaſionem illius negliget anima, hic volens ſciensque

τίνȣ μόνον, —— ἀλλὰ καὶ πίτυος. Codices habent μὴ κοτίνȣ. M.

f μήλων Πυθικῶν·] Archias Epigr. lib. I. init.

Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, [μῆλα,] σέλινα, πίτυς.

Quod ſic reddit Auſonius Eclog. p. 564.

Serta quibus pinus, malus, oliua apium.

Lucianus de Gymnaſ. tom. II. p. 262. Ὀλυμπιάσι μὲν ςέφανος ἐκ κοτίνȣ, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ [μῆλα] τῶν ἱερῶν τȣ͂ θεȣ͂. Sane, quomodo ex pinu, oleaſtro, vel apio fiant coronae non difficulter intelligas, ſed alio modo ſe res habet cum de pomis cogitemus. Igitur ſiquidem Libanius in Laudibus Palm. et Pom. tom. II. p. 716. ait, [μηλέα] ςέφανοι τὸν ἀγῶνα τὸν Πύθιον, Iac. Palmerius Exercit. p. 550. cenſet victorem coronatum fuiſſe ramuſculis mali ſuo fructu oneratis. Equidem potius exiſtimarim coronas has ex pomis inter ſe vinctis conſtitiſſe, qualem quidem coronam *pomoſam* vocat Propertius lib. IV. Eleg. II. 17. Μηλέα vero, ſeu *malus*, victorem Pythicum recte dicatur coronaſſe, cum fructum praebuerit huic rei deſtinatum.

g συναπολαύȣσα τῆς νικῆς αὐτῷ] Sic optime Reg. αὐτῷ, nempe σώματι. Vulgo αὐτῶν, quod non eſt quo referas.

Ibid. συναπολαύȣσα τῆς νίκης αὐτῶν.] Debet eſſe, συναπολαύȣσα αὐτῷ, ſcil. τῷ σώματι· *vna cum eo fruens victoria.* Et ita *Regius.* M.

h ἀγώνισμα τῆς ψυχῆς μόνης, [καὶ νίκη μόνης,] Vulgo deſunt tres vltimae voces, quas ſuppeditauit Reg. Earum quoque veſtigia prae ſe fert Harleian. is enim dat, καὶ εἰ μὴ μόνης.

i τινὰ ἀγῶνος καιρὸν,] Hic etiam iuuit Reg. nam vulgo peram

ῥαθυμήσει ἑκοῦσα, ὅπου μήτε μῆλα μήτε κότινος τὸ ἆθλον, ἀλλ' ἀντὶ τούτων [k] ὡραιότερον μὲν πρὸς φιλοτιμίαν, ἀνυσιμώτερον δὲ τοῖς θεαταῖς πρὸς ὠφέλειαν, εὐδρομώτερον δὲ τῷ λέγοντι πρὸς πίστιν βίου; Οἱ δὲ καιροὶ τῆς ἀγωνίας καὶ οἱ τόποι ἄλλοτε ἄλλοι ἄφνω κηρυττόμενοι, καὶ ἀθροίζοντες πλὴν [l] Ἑλληνικὸν αὐτόκλητον, καὶ αὐτεπάγγελτον, καὶ ξυνιὸν οὐκ ἐφ' ἡδονῇ ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ ἀρετῆς ἐλπίδι· ὅπερ οἶμαι τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ ἡδονῆς συγγενέστερον. Ἰδεῖν γοῦν ἐστιν ἐπὶ μὲν τὰς ἄλλας θέας, ὁπόσαι ῥώμης ἢ τέχνης σωμάτων, ἀφικνουμένους σπουδῇ οὐδένα [m] τῶν θεατῶν, ὡς τὸ θέαμα ζηλώσοντα ἢ μιμησόμενον· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἐξ ἀλλοτρίων πόνων τὰς ἡδονὰς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρανιζόμεθα, καὶ ἐκ μυρίων θεατῶν οὐδεὶς ἂν εὔξαιτο εἷς εἶναι τῶν ἐν

que torpebit: vbi nec mala, nec oleaſter proponitur, ſed aliud praemium; quod, ſi pulchritudinem intueare, magis expetendum; ſi ſpectatorum commodum, magis ſit vtile; quod poſtremo vitam dicentis efficacius commendet? Tempus certaminis huius et locus non eſt vnus, neque raro indicitur ex improuiſo; in quibus tota ſua ſponte conuenit Graecia, non vt oculos paſcat, nec voluptatis ſpe tantum, ſed virtutis: quod meo quidem iudicio bonum animae magis eſt proprium, quam voluptas illa. Illud praeterea videbis, ad reliqua, quae robore aut arte corporis conſtant certamina, nullum eo animo venire ſpectatorem, vt imitari [illegible]id, quod agitur, aut ſequi velit. Siquidem ex alienis ibi voluptatem oculorum aucupamur laboribus; nec in mille vnum inuenias ſpectatoribus, qui eorum optet eſſe e numero, qui medio in ſtadio puluere foedantur,

peram repraeſentant τὸν ἀγῶνος καιρόν. Quin et noſtram lectionem videtur in ſuo libro Paccius reperiſſe; vertit enim, ALIQVOD *tempus certaminis*.

k ἀλλ' ἀντὶ τούτων] Videtur deeſſe τι. Forte, ἀλλά τι τούτων ὡραιότερον μὲν etc. M.

l ἀθροίζοντες [πλὴν] Ἑλληνικὸν] Vitio laborat vox media, nec tamen quicquam iuuant codices. Heinſius reponit Πανελληνικὸν, haud, vt opinor, male. Poſſis etiam πλῆθος Ἑλληνικὸν, non minus veriſimiliter reſcribere.

m [ἀφικνουμένους] σπουδῇ οὐδένα] Lege ἀφικνουμένον.

Sectio

μέσῳ τῷ σταδίῳ κονιομένων, ἢ θεόντων, ἢ ἀγχόντων, ἢ ἀγχομένων, ἢ τυπτομένων, πλὴν εἴπου τις ἀνδραποδώδης ψυχή· ἐνταῦθα δὲ τοσοῦτον οἶμαι καὶ τὴν ἀγωνίαν τήνδε ἐκείνης τῆς ἀγωνίας φιλοτιμοτέραν εἶναι, καὶ τοὺς πόνους τῶν πόνων ἀνυσιμωτέρους, καὶ τὸ θέατρον τοῦ θεάτρου συμπαθέστερον, ὥστε οὐδεὶς τῶν παρόντων, νοῦν ἔχων, οὐκ ἂν εὔξαιτο ἀποθέμενος τὸν θεατὴν ἀγωνιστὴς γενέσθαι.

ε. Τί δή ποτ' οὖν τὸ τούτων αἴτιον; ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων τέχνας, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ταλαιπωρίας, οὐ πᾶσα ἀνέχεται σαρκῶν φύσις, οὐδὲ ἔστι τὸ χρῆμα κομιδῇ ἑκούσιον, ἀλλ' αὐτοφυές, καὶ αὐτόματον, καὶ εἰς ὀλίγους ἐκ πολλῶν ἧκον· ἢ γὰρ κατὰ μέγεθος φῦναι δεῖ Τιτόρμῳ ὅμοιον, ἢ κατὰ καρτερίαν Μίλωνι, ἢ κατὰ ῥώμην Πολυδάμαντι [n], ἢ κατὰ τάχος

dantur, aut currunt, aut premunt, aut premuntur, aut vapulant, niſi anima quaedam fortaſſe ſit degener, tantumque ſervilibus nata miniſteriis. Hic vero tanto hoc certamen illo liberalius eſſe, hoc labores illis vtiliores eſſe reor, tanto magis hoc quam illo ſpectatorem ſanae mentis affici; vt non facile reperiri aliquem ex illis poſſe putem, qui non certare malit, quam ſpectare.

5. Quae vero cauſa eſt? Quia corporis nimirum artes, laboresque earum, corpus non facile ſuſtinet quoduis; eſtque ea res non in voluntate cuiusquam poſita, ſed naturalis, ſed ſpontanea, et quae ex infinito hominum numero pauciſſimis ſit conceſſa; nam aut corporis mole Titormo, aut viribus Miloni, aut robore Polydamanti, aut velocitate ſimilem prius naſci

Sectio ε.

n ἢ κατὰ ῥώμην Πολυδάμαντι, ἢ κατὰ τάχος Λασθένει·] Mſs. Reg. Πουλυδάμαντι, quam lectionem praetulerim; et ſic eum ſemper vocat Pauſanias. Vide lib. VI. cap. 5, 6. et lib. VII. cap. 27. Scotuſſaeus erat et Olymp. XCIII. παγκρατίῳ vicit; vti ſecundum nonnullos Olymp. XCIV. Laſthenes Thebanus σταδίῳ. Vide Scaligerum in Ὀλυμπ. etiam Ἀναγρ. p. 323. Eius meminit Plato de Rep. lib. I. p. 414. D. Titormus et Milo ſatis noti ſunt vel ex Aeliano V. H. XII. 22. vbi vide ſis interpretes. Polydamantem

Λασθένει. εἰ δέ τις ἀσθενέϛερος μὲν ὢν τȣ̃ Ἐπειȣ̃, αἰσχίων δὲ τȣ̃ Θερσίτȣ, μικρότερος δὲ τȣ̃ Τυδέως, βραδύτερος δὲ τȣ̃ Αἴαντος [o], καὶ πάσας τὰς τȣ̃ σώματος ἐλαττώσεις ἠθροισμένας ἔχων, ζηλῶσαι τὴν ἀγωνίαν, ἢ ἔρωτα ἠράσθη κενὸν καὶ ἀτελεύτητον. Τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ἀγωνίσματα ἔμπαλιν ἔχει τοῖς ἐκεῖ, ὀλίγον γὰρ καὶ σπάνιον ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὸ μὴ πεφυκός· ȣ̓ γὰρ αὐτοφυεῖς αἱ τῆς ψυχῆς ἀρεταὶ, ȣ̓ γὰρ αὐτόματοι, ἀλλὰ προσεξεργάζεται [p] μέν τι καὶ ἡ φύσις, ὅσον ὑποβάλλειν κρηπῖδα ὀλίγην μεγάλῳ τειχίῳ, ἢ τρόπιν μικρὰν ὑψηλῇ ὁλκάδι· συγκατῴκισε δὲ ὁ Θεὸς τοῖς

naſci oportet Laſtheni: quod ſi quis infirmior ſit Epeo, deformior Therſite, minor Tydeo, Aiace tardior, omniaque, quae vituperari poſſint, ſimul in corpore coniunxerit, et certare tamen velit, fruſtra hoc optat, fruſtra ſperat. At vero animae contra certamina ſe habent, ac illud; pauci quippe ſunt mortalium, qui non ad haec ſatis a natura ſint inſtructi: non quod per ſe arbitrer aut ſponte ſua naſci animae virtutes, vt qui ſciam et naturam aliquid conferre, non ſecus quam qui muro maximo fundamentum ſubiicit paruum, aut naui altiſſimae paruam carinam: cogitationibus autem humanis contu-

damantem et Milonem iunctim recenſet Lucianus in Herodoto tom. I. p. 576. et pro Imag. tom. II. p. 26. De iis vide ſis etiam Tzetzen Chiliad. II. 455. ſeqq.

o βραδύτερος δὲ τȣ̃ Αἴαντος,] Narrat quidem Homerus Il. Ψ'. 774. ſeq. Aiacem Oilei filium ab Vlyſſe victum eſſe. Hoc tamen haud ob pedum tarditatem, ſed quod in curſu lapſus ſit, accidit. Iniquus igitur eſt noſter, qui virum βραδύποδα fuiſſe ſtatuit. Poetae quidem Ὀιλῆος ταχὺς Αἴας plus vice ſimplici nominatur. Adi ſis Iliad. N'. 66. 701. Ξ'. 442. 520. Ρ'. 256. denique Ψ'. 473. 488. 754. De Therſite, Tydeo, Epioque, videas licet Iliad. Β'. 216. Ε'. 81. Ψ. 839.

Ibid. βραδύτερος δὲ τȣ̃ Αἴαντος] Legendum puto βαρύτερος· quam coniecturam ſuggeſſit locus Syneſii De *Provident.* p. 83. εἰς ποδῶν ἀρετὴν νέος ἡττᾶται πρεσβύτȣ, καὶ εἰς τὴν ΒΑΡΕΙ͂ΑΝ ἀγωνίαν Αἴας ἐλέγχεται. Loquitur de hoc certamine Homerico. vide locum. M.

p προσεξεργάζεται] Lege, προεξεργάζεται, *praeſtruit.* multus eſt in hac Comparatione Maximus. M.

q καλῶς:

λογισμοῖς ἔρωτα καὶ ἐλπίδα, τὸν μὲν ὡσπερεὶ πτέρωμά τι κοῦφον καὶ μετάρσιον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀνακουφίζον τὴν ψυχὴν, καὶ παρέχον αὐτῇ δρόμον ἐπὶ τὰς αὐτῆς ὀρέξεις (καλοῦσι δὲ οἱ φιλόσοφοι τὸ πτέρωμα τοῦτο [q] ὁρμὴν ἀνθρωπίνην) αἱ δὲ ἐλπίδες συγκατῳκισμέναι τῇ ψυχῇ παραμύθιον ταῖς ἑκάστου ὁρμαῖς, οὐ κατὰ τὸν Ἀττικὸν ποιητὴν τυφλαὶ [r], ἀλλὰ ὀξυωπεῖς πάνυ, οὐκ ἐῶσαι αὐτὴν [s] ἀπαγορεῦσαι πονοῦσαν, ὡς τευξομένην πάντως ὧν ἐρᾷ [t]. Πάλαι γὰρ ἂν, οὐκ οὔσης ἐλπίδος [u], καὶ ὁ χρηματιστὴς ἐπαύσατο χρηματιζόμενος, καὶ ὁ μισθοφόρος στρατευόμενος, καὶ ὁ ἔμπορος πλέων, καὶ ὁ λῃστὴς λῃϊζόμενος, καὶ ὁ ἀκόλαστος μοιχεύων· ἀλλ' οὐκ ἐῶσιν αἱ ἐλπίδες προσάττουσαι τούτους [x] ἀνήνυτα

contubernales duos adiunxit Deus, amorem ac ſpem; alterum quidem tanquam alarum remigium leue, quod in altum per ſe feratur, animamque ſecum ſurſum ferat et extollat, viamque, qua, quod petit, conſequatur, oſtendat (quod quidem apetitionem humanam vocant philoſophi) ſpes vero animam comitantur, vt illam, quam diximus, appetitionem ſuſtineant ac ſolentur; non illae quidem caecae, vt ab Attico dicuntur poeta, ſed perſpicaciſſimae, ne ante deficiat anima, ſed ea, quae maxime optat, conſecuturam ſe confidat. Quae quidem ſpes ex humanis ſi exulaſſet rebus, iam diu commercia ſua negotiator, et ſtipendia miles, et nauigationem mercator, et rapinas ſuas praedo, et nocturna intermiſiſſet furta ſcortator; quod illa neutiquam permittit, ſed illarum ſtudio accendit

q καλοῦσι δὲ οἱ φιλόσοφοι τὸ πτέρωμα οἱ τοῦτο] Vulgo, καλοῦσι δὲ τὸ πτέρωμα οἱ φιλόσοφοι τοῦτο. Sed hic ordo verborum durus eſt prae eo, quem nos ex Reg. et Harleian. adſciuimus.

r αἱ δὲ ἐλπίδες —— οὐ κατὰ τὸν Ἀττικὸν ποιητὴν τυφλαὶ,] Aeſcylus Prom. Vincto v. 250.

[τυφλὰς] δ' ἐν αὐτοῖς [ἐλπίδας] κατῴκισα.

Ad illum locum noſter reſpicit.

s οὐκ ἐῶσαι αὐτὴν] Clarius foret, οὐκ ἐῶσιν αὐτὴν ἀπαγορεῦσαι, ſc. αἱ ἐλπίδες· vt mox, ἀλλ' οὐκ ἐῶσιν αἱ ἐλπίδες, προσάττουσαι etc. M.

t τευξομένην [πάντως] ὧν ἐρᾷ.] Harleian. τευξομένην· [πάντων] ὧν ἐρᾷ, quod recepta lectione non eſt deterius.

u οὐκ οὔσης ἐλπίδος,] Vulgo ἀπούσης ἐλπίδος, renitentibus Mſs.

x προσάττουσαι [τούτους]. Vulgo τούτοις. Male; nam ſubiungit Maximus

πονεῖν καὶ ἀτελεύτητα, τὸν μὲν χρηματιστὴν ὡς πλουτήσοντα, τὸν δὲ πολεμοῦντα ὡς νικήσοντα, τὸν δὲ πλέοντα ὡς σωθησόμενον, τὸν δὲ ληϊζόμενον ὡς κερδανοῦντα, τὸν δὲ μοιχεύοντα ὡς λησόμενον· κἆτά τις ἕκαστον ὑπολαβοῦσα αἰφνίδιος συμφορὰ, ἐσύλησε μὲν τὸν χρηματιστὴν, ἀπέκτεινε δὲ τὸν μισθοφόρον, κατέδυσε δὲ τὸν ἔμπορον, ἔλαβε δὲ τὸν λῃστὴν, ἐφώρασε δὲ καὶ τὸν μοιχὸν, καὶ ἀπολώλασιν αὐτοῖς αἱ ὀρέξεις αὐταῖς ἐλπίσιν y. Οὐδὲν γὰρ τούτων περιέλαβε μέτρῳ οὐδὲ ὥρισεν ὁ Θεὸς, οὔτε πλοῦτον, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμημάτων· ἀλλ᾽ ἔστιν αὐτῶν ἄπειρος

dit rerum, quae nec fieri poſſunt, nec ad finem interdum peruentura ſunt ſuum. Certo enim diuitias ſibi negotiator proponit, miles ſperat vincere, euadere mercator, praedo lucrari, ſcortator fallere; interim ſubita quaedam ſingulis interuenit calamitas, quae negotiatorem ſpoliat, militem interficit, mercatorem mergit, in vincula coniicit praedonem, prodit ſcortatorem, quorum omnium appetitus vna cum ſpe occidunt ſua. Nihil enim horum eſt, cui fines ſuos aſſignarit Deus aut limites, non diuitiae, non voluptas, non aliud quodcunque ſibi proponere homo poſſit: ſed infinita eſt eorum poſſeſ-

Maximus τὸν μὲν χρηματιστὴν, τὸν δὲ πολεμοῦντα, etc. quae faciunt vt accuſandi caſus neceſſario praeceſſerit. Sed et lectionem, quam dedimus, exhibent Reg. et Harleian.

y ἀπολώλασιν αὐτοῖς αἱ ὀρέξεις αὐταῖς ἐλπίσιν.] Vulgo σὺν αὐταῖς ἐλπίσιν. Nos vero praepoſitionem, iubentibus Mſs. expunximus. Aelianus Var. Hiſt. I. 3. Ὁ δὲ ἀμηχανεῖ καταπιεῖν αὐτὸν [αὐτῷ] καλάμῳ. Sic recte codices, nam vulgo legitur αὐτῷ τῷ καλάμῳ, ſuamque peritiam ſatis aperte prodidit Iac. Perizonius, qui rogat, an pro αὐτῷ καλάμῳ legendum σὺν τῷ καλάμῳ, et, niſi ita ſit, vulgatum praefert. Plures igitur teſtes audiamus. Aeſchylus Prom. Vinct. v. 220.

Κευθμῶν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ
Κρόνον
[Αὐτοῖσι συμμάχοισι.]

Et v. 1045.

Χθόνα δ᾽ ἐκ πυθμένων
[Αὐταῖς ῥίζαις] πνεῦμα κραδαίνοι.

Alciphron. lib. III. Epiſt. 33. ὅλον σε [αὐτοῖς] ἀγροῖς καταπιοῦσα, non σὺν τοῖς ἀγροῖς, vel αὐτοῖς τοῖς ἀγροῖς. Clemens Alexandrinus Paedag. lib. II. cap. XII. p. 247.

ἡ ὐσία [z]; ἔνθεν πȣ καὶ οἱ διώκοντες ταῦτα, ἐμπλησθέντες αὐτῶν, διψῶσι μᾶλλον, ἔλαττον γὰρ τὸ ληφθὲν τȣ̃ προσδοκωμένȣ. Ὁπόταν δὲ ἥξῃ ψυχὴ [a] ἐπὶ πρᾶγμα ἑςὼς καὶ ὡμολογημένον, καὶ πεπερασμένον, καὶ ὡρισμένον, καὶ καλὸν μὲν τῇ φύσει, ἀνυςὸν δὲ τῷ πόνῳ, ληπτὸν δὲ τῷ λογισμῷ, διωκτὸν δὲ τῷ ἔρωτι, καταληπτὸν δὲ τῇ ἐλπίδι· τότε γίνεται ἡ τῆς ψυχῆς ἀγωνία ἐπιτυχὴς καὶ τελεσιȣργὸς καὶ νικηφόρος. Ἔςι δὲ τȣ̃το ὐκ ἄλλο τὶ, ἢ ὗπερ εἵνεκα [b] ταυτὶ τὰ θέατρα οἱ φιλοσοφȣ̃ντες ἀθροίζȣσι.

ς'. Πάλιν αὖ μοι δεῖ τῆς ἀθλητῶν εἰκόνος [c]. Ἐκεί-

poſſeſſio, vt, qui ea ſequuntur maxime, voti ſi fiant compotes, ſitiant maxime; minus enim eſt quicquid conſecuti ſunt, eo quod expectant. Cum vero aliquid anima perſequitur, quod ſtabile, quod certum, quod non ambiguum eſt, ſed definitum, quod vi ſibi inſita hominem trahit, quod et labore comparari, et ratione comprehendi, et voto ambiri, et exambiri ſpe poſſit; ibi demum animae certamen ſuccedit, ibi finem conſequitur ſuum, ibi victrix declaratur. Hoc vnum eſt, non aliud, cuius cauſa ſpectatores ſuos conuocant philoſophi.

6. Quare denuo athletarum vtamur exemplo: inter quos nullus

Ἀποθέμενοι τοίνυν τȣ̀ς λήρȣς [αὐτῷ] πονηρῷ σοφιςῇ. Lucianus Timone tom I. p. 102. Ἁρπασάμενός με αὐτῷ δέλτῳ. Et in Dial. Martis et Mercurii p. 228. Κἂν ἐδέδητο αὐτῷ κεραυνῷ καὶ βροντῇ. Ac de Sacrif.. p. 363. Κατετόξευσε τῷ λοιμῷ τȣ̀ς Ἀχαιȣ̀ς αὐτοῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν. At quid ago? Millies ita loquuntur et hic et alibi ſcriptores optimi.

z [αὐτῶν] ἄπειρος ἡ ὐσία] Vulgo αὐτοῖς, ſed, vt edidimus, legi vult Mſs. Reg.

a Ὁπόταν δὲ [ἥξῃ] ψυχὴ] Reg. ἄξῃ ψυχή. Legendum videtur αἴξῃ ψυχή.

b ὐκ ἄλλο τὶς [ἢ] ὗπερ εἵνεκα] Vulgo ὐκ ἄλλο τὶ ὗπερ ἕνεκα. Vocem nos antepenultimam Reg. et Harleian. iniecimus, eamque poſtulat ſententia.

Sectio ς'.

c Πάλιν [αὖ] μοι δεῖ τῆς ἀθλητῶν εἰκόνος.] Vulgo Πάλιν ȣ̃ν μοι δεῖ τῆς ἀθλητῶν εἰκόνος. Nos vtrumque Mſs. ſequimur. Ariſtophanes Pluto v. 622.

Μὴ [πάλιν] τις [αὖ]
Ἐλθὼν διακωλύσῃ τι τῶν πρȣ̃ργȣ
ποιεῖν.

Lucianus pro Imag. tom. II. p. 30. Καὶ [αὖ πάλιν] βροτολοιγῷ Ἄρει φησὶν ὅμοιον εἶναι.

Idem

νων μέν γε [d] εὔξαιτ' ἂν ἕκαστος μηδένα ἀγωνιστὴν ἄλλον παρελθεῖν ἐπὶ τὸ στάδιον, ἀλλ' ἀκονιτὶ νικᾷν αὐτὺς [e], δεῖ γὰρ νικᾷν ἐκ πολλῶν ἕνα· ἐνταῦθα δ' οὗτος μάλιστα τῶν ἀγωνιστῶν νικηφόρος, ὃς ἂν πολλὺς ἐπὶ τὴν ἀγωνίαν [f] παρακαλέσῃ. Εἰ γὰρ, ὦ θεοὶ, ἐμῶν θεατῶν γένοιτό τις συναγωνιστὴς ἐμοὶ [g], ἐπὶ ταυτησὶ τῆς ἕδρας συγκονιύμενος καὶ συμπονῶν, ἐγὼ τότε εὐδοκιμῶ, στεφανῦμαι τότε, κηρύττομαι τότ' ἐν τοῖς Πανέλλησιν [h]. ἕως δὲ νῦν ἀστεφάνωτος εἶναι ὁμολογῶ καὶ ἀκήρυκτος, κᾂν ὑμεῖς

nullus eſt, qui non optet alium certaminis cauſa in ſtadium deſcendere neminem, vt ſolus ipſe ſine vllo puluere conſequatur victoriam; ſiquidem vni e multis eam contingere eſt neceſſe: hic vero, qui ad certamen plurimos pellexerit, victor putatur. Faxit enim Deus, vt meorum aliquis ſpectatorum in hac mecum certet cathedra, eiusdem mecum pulueris, eiusdem laboris fiat particeps; hoc enim vno modo ſumma cum laude coronam auferam, victorque, ſpectante tota Graecia, a praecone deſignabor: hactenus enim, licet clamor non deſit populi, nec coronam conſecutus ſum, nec vocem praeconis audiui. Quo

Idem Ioue Trag. p. 143. καὶ [πάλιν αὖ] πολὺ ἀσαφέστερα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος. Ac ita paſſim. Vide modo Xenophontem Sympoſ. cap. VII. 1. ac Aelianum V. H. I. 15. III. 19.

d ἐκείνων μέν γε] Sequitur in oppoſito membro, ἐνταῦθα δὲ vnde ſuſpicari poſſes Maximum hic ſcripſiſſe, ἐκεῖ μέν γε. et mox, νικᾷν αὐτός· (δεῖ γὰρ —— ἕνα) ἐνταῦθα δ' etc. ita diſtingue. αὐτὸς *Dauiſio* debetur. conieceram αὐτύς. M.

e ἀλλ' ἀκονιτὶ νικᾷν [αὐτὺς,] Reg. αὐτάς. Legendum αὐτὸς, ſcilicet εὔξαιτ' ἂν ἀκονιτὶ νικᾷν. Hoc verum eſſe patet ex ſequentibus.

f ἐπὶ τὴν ἀγωνίαν] Vulgo ἐπὶ τῇ ἀγωνίᾳ contra Mſs. fidem.

g συναγωνιστὴς ἐμοὶ,] Sic Mſs. Vulgo ἀγωνιστής.

h ἐγὼ τότε [εὐδοκιμῶ,] στεφανῦμαι τότε, κηρύττομαι [τότ'] ἐν τοῖς Πανέλλησιν·] Sic infra Diſſert. IX. Σωκράτης ἐκράτει, καὶ [ἐστεφανῦτο,] καὶ εὐδοκίμει. Vulgo, ἐγὼ τότε εὐδοκίμως στεφανῦμαι, τότε κηρύττομαι ἐν τοῖς Πανέλλησιν. At εὐδοκίμως στεφανῦμαι parum recte dicitur, omnis enim στέφανος inter Graecos εὐδοκίμησιν pariebat Dein τότ' vel τοτε, quod tertio loco poſui, repraeſentant Reg. et Harleian. Horum igitur ope, facilique coniectura, qua εὐδοκιμῶ, non εὐδοκίμως, lego, Maximum ſanauimus.

i καὶ

βοᾶτε. Τί γὰρ ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων, καὶ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀγωνίας; ἔπαινοι; ἅλις τούτων ἔχω· δόξα; διακορής εἰμι τοῦ χρήματος. Τὸ δὲ ὅλον· ἐπαινεῖ τις λόγους, καὶ οὐ λέγει, φωνὴν ἔχων, ἀκοὴν ἔχων; ἐπαινεῖ τις φιλοσοφίαν, καὶ οὐ λαμβάνει, ψυχὴν ἔχων, διδάσκαλον ἔχων; γέγονε τοίνυν τὸ χρῆμα, οἷον αὐλήματα, ἢ κιθαρίσματα, ἢ εἴ τις ἄλλη ἐν Διονύσου μοῦσα τραγική τις καὶ κωμῳδική [i]· ἐπαινοῦσι μὲν πάντες [k], μιμεῖται δὲ οὐδείς.

ζʹ. Ἦ κἀνταῦθα πάμμηκες διαφέρει ἔπαινος ἡδονῆς· ἥδονται μὲν γὰρ πάντες [l] ἀκροώμενοι, ὃς δ' ἂν τῷ ὄντι ἐπαινέσῃ, καὶ μιμήσεται· μέχρι δὲ τις μὴ ζηλοῖ, οὐκ ἐπῄνεσεν. Ἤδη τὶς καὶ ὑπὸ αὐλημάτων ἀνὴρ ἄμουσος διετέθη μουσικῶς, καὶ τὰ ὦτα ἔναυλος ὢν διαμέμνηται τοῦ μέλους, καὶ μινυρίζει πρὸς αὐτόν. Κἂν τοῦτό τις

Quo enim diſciplinarum mihi harum exercitatio, et frequens illa decertatio? vt laudem conſequar? ſatis habeo. vt gloriam? ſatietas me tenet. Et vt breuius dicam: eſtne aliquis, qui ſermonem laudet, nec ſermone vti velit, cum nec voce careat, nec auditu? Eſtne aliquis, qui philoſophiam laudet, nec eam ampleſtitur, qui et animum ad diſcendum habeat, et magiſtrum? plane quemadmodum tibias ac citharas, aut ſi quae Dionyſiis praeterea in tragoediis aut comoediis adhibentur inſtrumenta, omnes laudant; nemo imitatur.

7. Niſi forte et hic plurimum a voluptate laus abſit: nemo eſt enim qui non delectetur, qui autem vere laudarit, etiam imitabitur; priusquam enim aeſtimat, ne laudat quidem. Fit etiam ſaepe vt muſicae imperitus aliquis, tibiam ſi audiat, amore capiatur artis, nec amplius abhorreat, ſaepe etiam abſens modulationem tamen auribus retinet, carmen ruminat, ſecumque tacitus cantillat. Etiam hoc veſtrum imitetur aliquis;

i καὶ κωμῳδική] Forte, ἢ κωμῳδική. M.

k ἐπαινοῦσι [μὲν] πάντες,] Vocem mediam ex Mſs. addidi; nam vulgo deeſt.

Sectio ζ'.

l [ἥδονται μὲν γὰρ πάντες] Vulgo ἥδοντο. Sed vterque codex lectionem, quam dedi, repraeſentant; et Heinſius ita reponendum vidit.

m καὶ

ὑμῶν τὸ πάθος ζηλωσάτω· τάχα γὰρ πȣ ἐρασθήσεται καὶ τῶν αὐλῶν αὐτῶν [m]. Ἀνὴρ Φιλοθρέμμων ὄρνιθας εἶχε τῶν ἡδὺ μὲν φθεγγομένων τὸ ὄρθριον δὴ τȣ̃το, ἄσημον δὲ, καὶ οἷον ὄρνιθας εἰκός. Ἦν αὐτῷ γείτων αὐλητικὸς [n], ἀκροώμενοι δὲ οἱ ὄρνιθες διαμελετωμένȣ τȣ̃ αὐλητȣ̃, καὶ ἀντᾴδοντες αὐτῷ ὁσημέραι, ἐτυπώθησαν τῇ ἀκοῇ πρὸς τὰ αὐλήματα, καὶ τελευτῶντες ἀρξαμένȣ αὐλεῖν [o] συνεπήχȣν πρὸς τὸ ἐνδόσιμον δίκην χορȣ̃· Ἄνθρωποι δὲ ὄντες ȣ̓δὲ κατὰ ὄρνιθας ξυνᾴσονται ἡμῖν, ἀκȣ́οντες θαμὰ ȣ̓κ ἀσήμων αὐλημάτων, ἀλλὰ νοερῶν λόγων καὶ διηρθρωμένων καὶ γονίμων καὶ πρὸς μίμησιν εὖ πεφυκότων; Ὥστε ἔγωγε τέως καὶ πρὸς ἅπαν-

quis; forte enim et ipſas incipiet amare tibias. Homo fuit, vt dicitur, qui animalia quaedam magno, vt ferunt, domi ſtudio alebat: hic aues habebat, quae ſuauiter matutinum illud canebant, incondite tamen, vt reliquae ſolent. Hae cum quotidie audirent tibicinem, qui artis ſuae faceret periculum, reſpondere voce coeperunt, auresque ita ad tibiam paulatim earum formauit, vt quoties inflare coepiſſet, tibiam voce praeeuntem, vt in choro fieri conſueuit, ſequerentur omnes. Qui ergo fit, vt ipſi homines, frequenter ſi audiant non inconditos tibiae modos, verum voces ſapientes, articulatas, vberes, ad imitationem excitandam compoſitas, ſaltem ritu auium nobiſcum canere recuſent? Mihi, qui de rationibus

m καὶ τῶν αὐλῶν αὐτῶν.] Praeferrem, καὶ τῶν αὐλημάτων· vel τῶν αὐλητῶν. M.

n οἷον ὄρνιθας εἰκός. Ἦν αὐτῷ γείτων αὐλητικός,] Quatuor voces vltimae ex Reg. et Harleian. adieci, ſunt enim orationis perſpicuitati neceſſariae. Heinſius addi iubet ex Mſs. Ἦν δὲ αὐτῷ γείτων αὐλητικός. Eum tamen vel oculi fefellere, vel memoria.

o καὶ [τελευτῶτες] ἀρξαμένȣ αὐλεῖν συνεπήχȣν] Vulgo τελευτῶν, tam contra grammaticos canonas, quam codicum fidem.

Ibid. καὶ τελαυτῶν ἀρξαμένȣ αὐλεῖν] Scribendum et diſtinguendum: καὶ τελευτῶντες, ἀρξαμένȣ αὐλεῖν, συνεπήχουν πρὸς τὸ ἐνδόσιμον, δίκην χορȣ̃. Τελευτῶντες eſt *tandem, denique*: ut IX. 3. et paſſim. Confirmant libri ſcripti. M.

τας [p] ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων σιγὴν ἔχων, καὶ μηδὲν σεμνὸν, μηδὲ ὑπέραυχον, μήτε ἰδίᾳ, μήτε εἰς κοινὸν εἰπὼν, νῦν μοι δοκῶ ὑμῶν εἵνεκεν γαυρότατα ἂν καὶ μεγαλαυχότατα εἰπεῖν. Παρελήλυθεν εἰς ὑμᾶς, ὦ νέοι, παρασκευὴ λόγων αὕτη πολύχους, καὶ πολυμερὴς, καὶ πάμφορος, καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνουμένη ἀκοὰς, καὶ πάσας φύσεις, καὶ πάσας ζηλώσεις λόγων, καὶ πάσας παιδευμάτων ἰδέας, ἀταμίευτος, καὶ ἄμισθος [q], καὶ ἀπρόφασιστος, καὶ ἄφθονος, ἐν μέσῳ κειμένη τοῖς δυναμένοις λαβεῖν. Εἴτε τις ῥητορείας ἐρᾷ· οὗτος αὐτῷ δρόμος λόγου πρόχειρος, καὶ πολυαρκὴς, καὶ εὔπορος, καὶ ὑψηλὸς, καὶ ἐκπληκτικὸς, καὶ ἄῤῥηκτος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ ἄκμητος [r]. Εἴτε τις ποιητικῆς ἐρᾷ· ἡκέτω, πορισάμενος ἄλλοθεν τὰ μέτρα μόνον, τὴν δὲ ἄλλην χορη-

bus noſtris et ſtudio hactenus tacuerim, nihil grande, nihil magnificum publice aut priuatim dixerim, veſtra libet cauſa libere confidenterque loqui. Offertur vobis magnus diſciplinarum apparatus, o iuuenes, nec ſimplex ille, ſed diffuſiſſimus, ampliſſimus, vberrimusque qui ab omnibus audiri poteſt, ad omnes cuiuſcunque generis pertinet homines, omnia artium ſtudia, omnium diſciplinarum ſub ſe complectitur genera; hic large, hic gratuito citra tergiuerſationem vllam maxima vobis praebetur copia, omnibus, qui modo capaces eius futuri ſunt, in medio proponitur. Oratoriae aliquis ſtudioſus eſt? ecce via expedita, ſufficiens, facilis, ſublimis, admirabilis, nusquam interrupta, firma, non inquinata. Poeticen aliquis amplectitur? metra ſolummodo aliunde ſibi comparet, reliquaque hinc petat, ſublime illud in oratione

p ἔγωγε τέως καὶ πρὸς ἅπαντας] Vulgo ἔγωγε τέως [μὲν] καὶ πρὸς ἅπαντας. Vocem, quam praeterii, neſciunt codices.

q ἀταμίευτος, [καὶ] ἄμισθος,] Vulgo deeſt coniunctio, quae, Mſs. addicentibus, haud videbatur n[illegible]da.

r ἰσχυρὸς καὶ [ἄκμητος.] Vulgo ἰσχυρὸς καὶ [ἄμικτος,] nec aliter legerunt interpretes; licet vltima vox proculdubio ſit incommoda. Nos igitur lectionem recepimus, quam ſuppeditarunt Reg. et Harleian. eaque ſe cuiuis Graece docto ſatisprobat.

s τὴν

γίαν λαμβανέτω ἐντεῦθεν [s], τὸ σοβαρὸν, τὸ ἐπιφανὲς, τὸ λαμπρὸν, τὸ γόνιμον, τὸ ἔνθεον, τὴν οἰκονομίαν, τὴν δραματȣργίαν, τὸ κατὰ τὰς φωνὰς ἀταμίευτον, τὸ κατὰ τὴν ἁρμονίαν ἄπταιστον. Ἀλλὰ πολιτικῆς [t] καὶ τῆς περὶ δήμȣς καὶ βȣλευτήρια παρασκευῆς ἥκεις ἐνδεὴς ὤν; σὺ μὲν καὶ πεφώρακας τὸ ἔργον [u], ὁρᾷς τὸν δῆμον [x], ὁρᾷς τὸ βȣλευτήριον, τὸν λέγοντα, τὴν πειθὼ, τὸ κράτος. Ἀλλὰ τȣ́των μέν τις ὑπερορᾷ, φιλοσοφίαν δὲ ἀσπάζεται, καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ [y]; ἐν-

tione dico, illuſtre, ſplendidum, foecundum, diuinumque; etiam diſpoſitio argumenti, fabulae conſtructio, vocum vbertas, minimeque vitioſa hinc proueniet harmoniae ratio. At ciuilis potius te ſcientia delectat, viamque, qua commodiſſime tractes populum, inuenire te poſtulas? en tibi rem ipſam; curiam ante oculos, oratorem, ſuadam dicendi, et verborum vim vides. Eſtne autem aliquis qui haec quidem negligit omnia, philoſophiam autem amplectitur? hic vero magni-

s τὴν δὲ ἄλλην χορηγίαν λαμβανέτω ἐντεῦθεν,] Reg. et Harleian. his adnectunt voces εἰ ποιητικῆς, nec, vt opinor, aliter habuit codex Paccianus. Nullus dubito quin legendum, τὴν δὲ ἄλλην χορηγίαν λαμβανέτο ἐντεῦθεν [ποιητικῆς.] *Reliqua, quae poetice ſubminiſtrat, hinc ſumat licet.*

Ibid. λαμβανέτω ἐντεῦθεν] Codices hic addunt εἰ ποιητικῆς. Lego: λαμβανέτω ἐντευθενὶ ποιητικῆς, τὸ σοβαρὸν, etc. ποιητικῆς idem valet ac ſi ſcriptum fuiſſet αὐτῆς· vide ad XI. 4. M.

t Ἀλλὰ πολιτικῆς] Vulgo ἀλλὰ [τῆς] πολιτικῆς. Articulum non admittunt Mſs.

u πεφώρακας τὸ ἔργον, [ὁρᾷς τὸν δῆμον,] Tres vltimae voces vulgo non comparent. Eas ſuppeditauit Reg. Quin et eas orae adſcriptas habet Harleian.

x ὁρᾷς τὸν δῆμον,] Has tres voces ex Secunda Maximi Editione eſſe puto: quemadmodum et iſtas quae ſequuntur, καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ· quae in prioribus Edit. deſiderabantur. cauſſa vero Cl. Vir. mutare vult Ἀλλὰ in Ἀλλ' εἰ. vide praecedentem ſententiam, Ἀλλὰ πολιτικῆς etc. vbi eadem forma M.

y φιλοσοφίαν δὲ ἀσπάζεται, [καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ:] Hanc verborum trigam neſciunt editi. Sed eam addendam eſſe recte monuit Heinſius, ſic enim dant Reg. et Harleian. Totus autem locus ita videtur reſcribendus:

 [Ἀλλ'

ταῦθα ὑφαιρῶ τῆς μεγαλαυχίας, ὑφίεμαι, ἐχ ὁ αὐτός εἰμι· μέγα τὸ χρῆμα καὶ δεόμενον προςάτε, ἐ δημοτικε, μὰ Δία, ἐδὲ ἐρχομένε χαμαὶ [z], ἐδὲ ἀνακεκραμένε τῷ τῶν πολλῶν τρόπῳ.

ή. Εἰ μὲν ἐν τις τἕτ' εἶναι Φιλοσοφίαν λέγει, ῥήματα καὶ ὀνόματα, ἢ τέχνας λόγων, ἢ ἐλέγχες καὶ ἔριδας καὶ σοφίσματα, καὶ τὰς ἐν τέτοις διατριβὰς, ἐ χαλεπὸν εὑρεῖν τὸν διδάσκαλον. Πάντα ὑμῖν μεςὰ τοιέτων σοφιςῶν [a], εὔπορον τὸ χρῆμα, καὶ ταχὺ ἀναφαινόμενον. Θαῤῥήσαιμι δ' ἂν ἔγωγε εἰπεῖν, ὅτι

magniloquentiae meae vela contraho, remitto, aliam perſonam induam: rem magnam dicis, quaeque manuductore opus habeat minime vulgari; qui non humi repat, aut iisdem, quibus populus, vtatur moribus.

8. Iam ſi quis in verbis ac nominibus, aut in artificioſis orationibus, aut refutatione argumentorum, aut contentione mutua, aut fallaciis, ſimiliumque verſari rerum ſtudio philoſophiam velit; non magno magiſtrum negotio inuenire poſſe videor. Sophiſtarum plena ſunt omnia; res haec vbique obvia, ac in oculos paſſim incurrit: quin etiam dicere non verear,

[Ἀλλ' εἰ] τέτων μὲν τις ὑπερορᾷ, φιλοσοφίαν δὲ ἀσπάζεται, καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ· ἐνταῦθα ὑφαιρῶ τῆς μεγαλαυχίας, etc.

z ἐδὲ ἐρχομένε χαμαὶ,] Heſiodus Theog. v. 272.

Ἀθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι.

Vbi fallitur vir eruditus, qui credit haud paullo elegantius legi poſſe χαμαὶ [ἑρπόμενοί] τ' ἄνθρωποι. Lucianus in Hermotimo tom. I. p. 508. Ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς νῦν ὅσοι [χαμαὶ ἐρχόμενοι] ἐσμέν. Idem in Icaromenippo tom. II. pag. 190. Οἵγε πρῶτα μὲν ἐπὶ γῆς βεβηκότες, καὶ μηδὲν τῶν [χαμαὶ ἐρχομένων] ἡμῶν διαφέροντες. Iulianus Orat. VII. p. 208. Τίς δὲ ὁ Πὰν, καὶ τίς ὁ Ζεὺς τῶν [χαμαὶ ἐρχομένων] ἀνθρώπων ἄξιοι καλεῖσθαι. Procopius in Epiſt. ad Hieronym. ab Iſ. Voſſio edita in Reſp ad tertias obiect. Ric. Simonii p. 118. Κάλει σμικρὲς ἡμᾶς καὶ [χαμαί] τινας [ἐρχομένες.] Sic Homerus aliique. Vide Iac. Duporti Gnomol. Homer p. 28.

Sectio η'.

a μεςὰ [τοιέτων] σοφιςῶν,] Vulgo μεςὰ [τῶν] σοφιςῶν. Integritati priſtinae locum reſtituimus ope codicum Reg. et Harleian.

b μὴ

τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πλείους οἱ διδάσκαλοι τῶν μαθητῶν. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν ὀλίγη τοῦ φιλοσοφεῖν μοῖρα, καὶ τοσαύτη, ὅσην αἰσχρὸν μὲν μὴ εἰδέναι, οὐ σεμνὸν δὲ εἰδέναι, διαφεύγωμεν τὸ αἰσχρὸν, καὶ ταῦτα εἰδότες, μὴ καλλωπιζώμεθα δὲ ἐπ᾽ αὐτοῖς[b]· ἦν γὰρ ἂν πολλοῦ ἄξιοι καὶ οἱ γραμματισταὶ εἶεν, πραγματευόμενοι περὶ τὰς συλλαβὰς, καὶ συμψελλίζοντες ἔθνει παίδων ἀνοητοτάτῳ. Τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον, καὶ ἡ ἐπ᾽ αὐτὸ ὁδὸς, δεῖται διδασκάλου τὰς τῶν νέων ψυχὰς συνεπαίροντος, καὶ διαπαιδαγωγοῦντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας, καὶ οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ λύπαις[c] καὶ ἡδοναῖς τὰς ὀρέξεις αὐτῶν συμμετρουμένου· οἷόν που καὶ οἱ πολευταὶ δρῶσι, μήτε ἀποσβεννύντες τὸν θυμὸν τῶν πωλευμάτων, μήτε ἐφιέντες αὐτοῖς ἀνέδην χρῆσθαι τῇ γενναιότητι. Οἰκονομεῖ δὲ πώλου μὲν θυμὸν χαλινὸς,

rear, plures eſſe, qui doceant hanc philoſophiam, quam qui diſcant. Quod ſi minima haec philoſophiae pars eſt, et tantilla quidem, quantam neſcire eſt dedecus, ſcire autem non ita magnae eſt rei; ſi eam conſequamur, non eſt quod inſoleſcamus propterea: eo enim modo et illi, qui prima literarum elementa docent, qui circa ſyllabas verſantur, et cum pueris balbutiunt aliquot, admiratione digni eſſent. Praecipua autem philoſophiae pars, et quae eo ducit ſemita, praeceptorem requirit, qui animos iuniorum erigat, ſtudia eorum et deſideria, non aliter quam paedagogus aliquis, gubernet, eorum appetitiones voluptatibus doloribusque attemperet: ſicut illi, qui equos domant, non penitus eorum ſpiritus infringunt, nec tamen vti vbique iis permittunt. Quippe ſicut equi

b μὴ καλλωπιζώμεθα [δὲ ἐπ᾽ αὐτοῖς·] Sic Reg. et Harleian. Vox antepenultima vulgo deeſt.

c οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ λύπαις] Elliptice, pro οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντος ἢ λύπαις —— συμμετρουμένου· vt Herodianus III. 34. οὐδὲν ἕτερον ἀλλ᾽ ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν. Niſi malis, οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ λύπαις etc. quod Diſſert. III. exprimitur οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἤ. Sed non opus eſt. M.

καὶ ῥυτῆρες, καὶ ἱππέως καὶ ἡνιόχου τέχνη· ψυχὴν δὲ ἀνδρὸς λόγος, οὐκ ἀργὸς, οὐδὲ ῥυπῶν, οὐδὲ ἠμελημένος, ἀλλὰ ἀνακεκραμένος ἤθει καὶ πάθει, λαὶ μὴ παρέχων σχολὴν [d] τοῖς ἀκροωμένοις τὰς φωνὰς ἐξετάζειν καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς, ἀλλ᾽ ἀνίστασθαι προσαναγκάζει καὶ συνενθουσιᾷν ὥσπερ ὑπὸ σάλπιγγι, νῦν μὲν τὸ ἐφορμητικὸν φθεγγομένη, νῦν δὲ τὸ ἀνακλητικόν.

θ΄. Εἰ τοιούτου δεῖ λόγου τοῖς φιλοσοφίας ἐφιεμένοις, τὸν ἔχοντα ἀθρητέον [e] καὶ δοκιμαστέον καὶ αἱρετέον, ἐάν τε πρεσβύτης οὗτος ᾖ [f], ἐάν τε νέος, ἐάν τε πένης, ἐὰν

equi animos habonae et lora, equitisque ac magiſtri ars moderatur: ita animum hominis oratio, non ignaua, aut ſordida, non ſupina; ſed quae lenibus vehementibusque temperata affectibus ne tantillum otii auditoribus relinquat, vt in verba inquirere, eorumque adhaerere poſſint voluptati; ſed vt, tubae inſtar, quae nunc claſſicum canit, nunc receptui ſonat, ſecum tollat.

9. Eiusmodi oratione ei ſi opus ſit, qui philoſophiam ſequitur, quaerendus eſt omni ſtudio, explorandus, eligendus, qui docere eam poſſit; nec refert ſenex ſit an iuuenis. diues an

d καὶ μὴ παρέχων σχολὴν —— ἐξετάζειν, ἀλλ᾽ ἀνίστασθαι προσαναγκάζει] Obuium eſt προσαναγκάζων, vt παρέχων· et verum. Paullo ante, pro μὴ καλλωπιζώμεθα δὲ, mallem δὴ alterum minus concinnum iſto loco. M.

Sectio θ΄.

e τὸν ἔχοντα [ἀθρητέον] Sic Harleian. et optime quidem. *Vir hac dote praeditus diligenter conſiderandus eſt.* Reg. ἀθροιτέον, vulgo ἀθροιστέον, quod huic loco parum congruit.

Ibid. τὸν ἔχοντα ἀθροιστέον] Clarius ſcripſiſſet, τοὺς ἔχοντας. Ἀθροίζω enim eſt *Collectivum*, et *plures* denotat. Heſychius: Ἄθροιζε, ἀνάγαγε lege, συνάγαγε. et mox: Ἄθρους, ἀθρόους, συνηγμένους. Vnde ſcribendum puto ἀθρητέον pro ἀθροιστέον. vt XXIV, 4. Ἐπεὶ ταύτῃ βασανιστέον τε καὶ ἀθρητέον τὸν ἐρωτικὸν etc. Xenophon. *Sympoſio*: σκεπτέον δὲ ποῖα ποτε εἰδὼς Περικλῆς —— ἀθρητέον δὲ καὶ πῶς ποτε Σόλων —— ἐρευνητέον δὲ καὶ ποῖα Λακεδαιμόνιοι etc. vide Heſychium. Ita quoque habet *Harleianus*. M.

f ἐάν τε πρεσβύτης [οὗτος] ᾖ,] Ita codex vterque: nam vocem penultimam non agnoſcunt editi.

g ἐὰν

τε πλέσιος, ἐάν τε ἄδοξος, ἐάν τε ἔνδοξος [g]· ἀσθενέςερον δὲ, οἶμαι, καὶ νεότητος γῆρας, καὶ πλέτε πενία, καὶ δόξης ἀδοξία. Οἷς δ' ἂν τὰ ἐλαττώματα ταῦτα προσῇ, ῥᾷον ἐπ' αὐτὲς [h] οἱ ἄνθρωποι παραγίνονται, καὶ γεγόνασιν αἱ παρὰ τῆς τύχης συμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια· καὶ ὅτι μὲν πένης ἦν ὁ Σωκράτης, ὁ πένης εὐθὺς μιμήσεται τὸν Σωκράτην· ὡς ὠνάμεθα, ὅτι μὴ καὶ οἱ σιμοὶ καὶ οἱ προγάςορες [i] ἀμφισβητἒσι φιλοσοφίας. Ὅτι δὲ Σωκράτης ἐκ ἐπὶ τὲς πένητας ὠθεῖτο [k] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὲς [l] πλεσίες, καὶ τὲς ἐνδόξες, καὶ

an pauper, magni nominis an ignotus: eſt autem ſenectus, vt videtur, iuuentute infirmior, diuitiis paupertas, celebritate ignobilitas. Fit tamen vt, quibus ea adſint incommoda, facilius ad eam perueniant homines; non rato enim ad philoſophiae ſtudium commeatum ſuppeditat fortunae infelicitas: ergo, quia pauper erat Socrates, continuo qui pauper eſt imitabitur, ſi Diis placet, Socratem: bene nobiſcum agitur, quod non et ſimi de philoſophia contendant, et ventricoſi. Quod vero non pauperes tantum, ſed et ditiſſimos celeberrimosque iuxta ac nobiliſſimos, incitare ad hoc ſtudium ſoleat Socrates

g ἐάν τε ἄδοξος,] ἐάν τε ἔνδοξος·] Sic recte ſuppleuit H. Stephanus: nam vulgo deſunt tres primae voces, Harleian. tamen, inuerſo verborum ordine, dat ἐάν τε ἔνδοξος, [ἐάν ἄδοξος,] quod emendationi, quam recepimus, aliquantulum fauet.

h ῥᾷον ἐπ' [αὐτὲς,] Heinſius ſcribendum putat ῥᾷον ἐπ' [αὐτὴν,] vt pronomen ad philoſophiam referatur.

i οἱ σιμοὶ καὶ οἱ προγάςορες] Talis nempe ſuit Socrates, vnde Sileno dicebatur ſimilis. Vide noſtrum Diſſert. XXXIX. 5. Iulianum in Caeſar.. p. 18. XenophontemSympoſ. cap. IV. 19. Platonem Sympoſ. p. 333. A. et ſcoliaſten in Ariſtophanis Nubes v. 223.

k ἐπὶ τὲς πένητας ὠθεῖτο] Recte. *ad pauperes ſe contulit.* ita Diſſert. XXV. ἰδόντες δὲ ἐκ ποίμνης ἄρνα εὐτραφῆ —— ὤσαντο ἐπ' αὐτὸν ἄμφω· et mox, δρόμῳ ἐπ' αὐτὴν (ὥραν) ὠθεμένες; Cum propoſitione εἰς Diſſ. IX. ὅπε εἰς Λύκειον ὤσατο ἂν ἐκεῖθεν. In quibus omnibus locis Verbum ὠθεῖσθαι notionem *ſtudii* et προθυμίας continet. M.

l Σωκράτης ἐκ ἐπὶ τὲς πένητας —— ἀλλὰ καὶ ἐπὶ etc.] Turbatum aliquid in hac ſententia; niſi fallor, ex Negatiua alieno loco

τοὺς εὐγενεστάτους, διαμέμνηται οὐδείς [m]. Ἡγεῖτο γὰρ οἶμαι, ὁ Σωκράτης Αἰσχίνου μὲν φιλοσοφήσαντος καὶ Ἀντισθένους ὄνασθαι ἂν ὀλίγα [n] τὴν Ἀθηναίων πόλιν,

Socrates, nemo recordatur. Sciuit enim Socrates, vt arbitror, dum philoſophiam Aeſchines profitetur, aut Antiſthenes, parum ad Athenienſium rempublicam boni inde peruenturum

loco] poſita. Forte: ὅτι δὲ Σωκράτης ἐπὶ τοὺς πένητας αἰδεῖτο μόνον, ἀλλ' οὐ καὶ ἐπὶ τοὺς πλουσίους, —— διαμέμνηται οὐδείς· *Socratem vero ad pauperes tantum ſe contuliſſe, non itidem ad diuites, nullus memoriae prodidit.* Graeca vero in ſequentibus ita legenda et connectenda puto: ἡγεῖτο (non ἡγεῖται) γάρ, οἶμαι, ὁ Σωκράτης, Αἰσχίνου μὲν φιλοσοφήσαντος, καὶ (f. ἢ) Ἀντισθένους, ὄνασθαι ἂν ὀλίγα τὴν Ἀθηναίων πόλιν· εἰ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐφιλοσόφει, ἢ Κριτίας, etc. ita, inquam, connectenda, eiecto iſto barbaro gloſſemate, μᾶλλον δὲ μηδένα τῶν τότε, πλὴν ἡμῶν τῶν ἔπειτα, κατὰ τὴν μνήμην τῶν λόγων· quod a Senſu et Graeciſmo aeque longe abeſſe mihi videtur. Aliter de hoc loco ſtatuiſſe video Cl. Editorem. M.

m διαμέμνηται οὐδείς.] Quid audio? Nemone recordatur Socratem ditiſſimos ac nobiliſſimos viros incitare ſolitum, vt rebus philoſophicis operam darent? Omnino ſe res aliter habet; id quod ex Xenophontis et Platonis operibus notiſſimum. Certe Socrates Athenas circumibat, ἐντυγχάνων πάσαις ἀνδρῶν καὶ [τύχαις,] καὶ τέχναις, καὶ ἐπιτηδεύμασι,, καὶ ἐπιθυμίαις, vt ait noſter Diſſert. IX. 7. Immo quod Alcibiadem et Critiam, qui nobiliſſimi fuerunt ac ditiſſimi, diſcipulos habuerit, ei vitio verterunt accuſatores. Xenoph. Ἀπομν. lib. I. cap. II, 12. Ἀλλ', ἔφη γε ὁ κατήγορος, Σωκράτει ὁμιλητὰ γενομένω [Κριτίας] τε καὶ [Ἀλκιβιάδης] πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην. Noſter Diſſ. XXIV. Ὅτι μὲν [Κριτίας] ἐτυράννευσε, τοῦτο ἀδικεῖν ἔλεγον [Ἄνυτος καὶ Μέλιτος] τὸν Σωκράτην, καὶ ὅτι [Ἀλκιβιάδης] ἐξύβριζε. Lactantius Div. Inſt. lib. III. cap. XIX 25. *Non venit in mentem Platoni* Alcibiadem *quoque et* Critiam *eiusdem Socratis aſſiduos auditores fuiſſe; quorum alter hoſtis patriae acerrimus fuit, alter crudeliſſimus omnium tyrannorum.* Vide ſis et Aelianum V. H. IV. 15. Nullus igitur dubito quin legendum ſit, διαμέμφηται οὐδείς. *Queratur nemo.*

n [Ἡγεῖτο] γὰρ —— ὄνασθαι [ἂν ὀλίγα] τὴν Ἀθηναίων πόλιν,] Vulgo [ἡγεῖτο] γὰρ —— ὄνασθαι [ὀλίγον] τὴν Ἀθηναίων πόλιν. At ἡγεῖτο recte dat Harleian. Reliqua vero ſunt ab eo ſimul ac Regio codice.

o [πλὴν]

μᾶλλον δὲ μηδένα τῶν τότε, πλὴν ἡμῶν [o] τῶν ἔπειτα κατὰ τὴν μνήμην τῶν λόγων· εἰ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐφιλοσόφει ἢ Κριτίας ἢ Κριτόβουλος ἢ Καλλίας, οὐδὲν ἂν τῶν δεινῶν τοῖς τότε Ἀθηναίοις συνέπεσεν. Οὐδὲ γὰρ ἡ Διογένους ζήλωσις [p], θυλάκιον καὶ βακτηρία, ἀλλ' ἔξεστί που καὶ ταῦτα περιβεβλημένον Σαρδαναπάλλου εἶναι κακοδαιμονέστερον. Ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδι ἀμπισχόμενος, καὶ μύροις χριόμενος, οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει. Ὥσπερ γὰρ, εἴ τις δύναμιν σώματος παρασκευάσαιτο οὐδὲν ὑπὸ πυρὸς λυμαινομένην, ἐθάῤῥει ἂν, οἶμαι, καὶ τῇ Αἴτνῃ αὐτοῦ παραδοὺς τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὅστις πρὸς ἡδονὴν παρεσκεύασται [q] καλῶς, οὐδὲ ἐν αὐταῖς ὢν θάλπεται, οὐδὲ ἐμπίπραται, οὐδὲ ἐκτήκεται.

ι'. Ἐξεταστέον δὴ τὸν φιλόσοφον οὐ σχήματι, οὐχ ἡλικίᾳ, οὐ τύχῃ, ἀλλὰ γνώμῃ, καὶ λόγῳ, καὶ παρα-

turum eſſe, aut tantum potius ad illius temporis neminem, quantum ad poſteros ex illarum memoria diſſertationum; at ſi philoſophiam aut Alcibiades profeſſus eſſet, aut Critias, aut Critobulus, aut Callias, multas grauiſſimasque aetatis illius Athenienſes clades vitaſſent. Nec enim Diogenem imitatur, qui cum pera incedit, et baculo; quia poteſt cum his eſſe aliquis Sardanapalo infelicior. Ariſtippus ille olim purpura indutus, vnguentis delibutus, non minus temperans habebatur Diogene. Nam quemadmodum, ſi qnis vim quandam conſecutus eſſet corporis, quae ignem ferret, et quidlibet contemneret, nihil, credo, metueret ipſi Aetnae corpus admouere; ita ſi quis probe aduerſus voluptates ſit munitius, ne in ipſis quidem ſi verſetur, vri poteſt, aut ardere, aut liquiſcere.

10. Philoſophum vero non habitus probabit, non aetas, non fortuna, ſed iudicium, ſed ſermo, ſed animi inſtitutum, a qui-

o [πλὴν] ἡμῶν] Cum Stephano et Heinſio legerim πλέον ἡμῶν, vel potius eodem ſenſu πλεῖν, quod propius.

p [Οὐδὲ] γὰρ ἡ Διογένους ζήλωσις,] Sic recte Harleian. ac ita reſcribendum vidit Heinſius Vulgo οὐδέν.

q πρὸς ἡδονὴν παρεσκεύασται] Sequitur, ἐν αὐταῖς (ἡδοναῖς) ὢν ergo, vel πρὸς ἡδονὰς, vel ἐν αὐτῇ ὤν. M.

σκευῇ ψυχῆς, ὑφ' ὧν μόνων χειροτονεῖται φιλόσοφος. τὰ δὲ ἄλλα ταυτὶ παρὰ τῆς τύχης σχήματα ἔοικε τοῖς ἐν Διονύσου περιβλήμασι. Τὸ μὲν γὰρ τῶν ποιημάτων κάλλος ἓν καὶ ταὐτὸν, ἐάν τε δυνάστης ὁ λέγων ᾖ, ἐάν τε οἰκέτης· αἱ δὲ χρεῖαι τῶν δραμάτων μεταποιοῦσι τὰ σχήματα. Ὁ Ἀγαμέμνων τὸ σκῆπτρον φέρει, ὁ βουκόλος διφθέραν, ὁ Ἀχιλλεὺς ὅπλα, Τήλεφος ῥακία καὶ θύλακον [r]· ἀκροῶνται δὲ οἱ θεώμενοι οὐδὲν μᾶλλον τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἢ τοῦ Τηλέφου [s]· ἀποτείνεται γὰρ ἡ ψυχὴ ἐπὶ τὰ ποιήματα αὐτὰ, οὐ τὰς τύχας τῶν λεγόντων. Νόμιζε δὴ [t] κἂν τοῖς τῶν φιλοσόφων λόγοις, τὸ μὲν καλὸν οὐκ εἶναι παντοδαπὸν, οὐδὲ διαπεφορημένον [u], ἀλλ' ἓν, καὶ αὐτὸ αὑτῷ παραπλήσιον· τοὺς δὲ ἀγω-

a quibus ſolis dignitatis ſuae ſuffragia capit philoſophus; reliqua, quae fortuna ſolet addere, hiſtrionicorum inſtar ſunt amictuum. Eadem enim poematum eſt praeſtantia, ſiue princeps ea recitet, ſiue famulus; drama vero poſtulat, vt habitus mutentur. Agamemnon ſceptrum gerit, pellem bubulcus, arma Achilles, pannos laceros cum pera Telephus; neque magis tamen Agamemnonem, quam Telephum, ſpectator audit: animus quippe magis poetae verba, quae dicuntur, quam fortunam eius reſpicit, qui dicit. Idem exiſtima de oratione philoſophi, virtutem eius non variam, non diuerſam eſſe, ſed

Sectio ι'.

r Τήλεφος ῬΑΚΊΑ καὶ θύλακον·] Mox tamen dicit, Fortunam induiſſe Diogenem, *ad inſtar* Telephi *iſtius*, ΒΑΚΤΗΡΊΑ, καὶ θυλάκῳ. igitur, vt ſibi conſtet, hoc loco ſcriptum fuiſſe oportuit non ῥακία ſed βακτηρίαν. Diogenis enim geſtamina erant θυλάκιον et βακτηρία, vt omnibus notum, et Noſter paullo ante dixerat: οὐδὲ γὰρ ἡ Διογένους ζήλωσις, θυλάκιον καὶ βακτηρία. et ita Diſſ. III. Vide Syneſium de *Prouident.* p. 73. Suſpicor hoc eſſe παρόραμα Ipſius Maximi. M.

s οὐδεν μᾶλλον τοῦ Ἀγαμέμνονος ἢ τοῦ Τηλέφου·] Reg. et Harleian. οὐδὲν μᾶλλον τοῦ Τηλέφου, ἢ τοῦ Ἀγαμέμνονος. Potiorem tamen cenſeo receptam lectionem; niſi forſan legatur οὐδὲν [μεῖον] τοῦ Τηλέφου, ἢ τοῦ Ἀγαμέμνονος. Et hoc, vt opinor, rectum.

t Νόμιζε [δὴ] Ita Reg. et Harleian. vulgo δὲ.

u οὐδὲ

νιςὰς αὐτὰς [x] ἄλλον ἄλλῳ σχήματι ὑπὸ τῆς τύχης περιβεβλημένον εἰσπέμπεσθαι ἐπὶ τὴν σκηνὴν τȣ̃ βίȣ, Πυθαγόραν μὲν πορφύρᾳ ἀμπισχόμενον, τρίβωνι δὲ Σωκράτην, Ξενοφῶντα δὲ θώρακι καὶ ἀσπίδι, τὸν δὲ ἐκ τῆς Σινώπης ἀγωνιςὴν, κατὰ τὸν Τήλεφον ἐκεῖνον, βακτηρίᾳ καὶ θυλάκῳ. Συνετέλει δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ σχήματα αὐτὰ πρὸς τὴν δραματȣργίαν· καὶ διὰ τȣ̃το ὁ μὲν Πυθαγόρας ἐξέπληττεν, ὁ δὲ Σωκράτης ἤλεγχεν, ὁ δὲ Ξενοφῶν ἔπειθεν [y], ὁ δὲ Διογένης ὠνείδιζεν. Ὦ μακάριοι μὲν τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ, μακάριοι δὲ τῶν ἀκȣσμάτων οἱ θεαταί. Τίς ἂν ἡμῖν καὶ νῦν ποιητὴς καὶ ἀγωνιςὴς γένοιτο [z], ȣ̓κ ἀσχήμων, ȣ̓δὲ ἄφωνος,

ſed vnam eandemque; actores vero eius alium alio habitu in vitae ſcenam a fortuna produci, Pythagoram in purpura, in lacerna Socratem, cum thorace Xenophontem et clypeo, cum pera, adinſtar Telephi, et baculo Sinopenſem illum athletam. Aliquid tamen et ipſe ad repraeſentationem ſui dramatis ſingulis addebat habitus; itaque homines in ſtuporem dabat Pythagoras, arguebat Socrates, perſuadebat Xonophon, exprobrabat Diogenes. Ego quidem et beatos hos hiſtriones iudico, qui agunt, et ſpectatores, qui audiunt. Quem vero nos poetam, quem inueniemus hiſtrionem, qui ornatu certo inſtructus,

u ȣ̓δὲ διαπεφορημένον,] Recte. διαπεφορημένον eſt *Diſtractum*, in multas partes diuiſum: et bene opponitur τῷ ἕν. Vide Suidam in V. διαφορηθῷ. Heſychius: διεφόρησαν, διεσκόρπισαν. Longinus περὶ Ὕψ. ſect. I. δίκην σκηπτȣ̃ πάντα διεφόρησεν. M.

x τȣ̀ς δὲ ἀγωνιςὰς αὐτȣ̀ς] Potius αὐτȣ̃, ſc. τȣ̃ καλȣ̃ quod praeceſſit. M.

y ὁ δὲ Ξενοφῶν ἔπειθεν,] Quaero quo ſenſu Xenophon, quem in Vitae huius Scenam cum *thorace* et *clypeo* miſſum fingit, dici poſſit πείθειν. *thorax* enim et *clypeus* ſunt βίας et ἀνάγκης, et πειθανάγκης potius quam πειθȣ̃ς inſignia: δόρυ καὶ κηρυκεῖον, ſecundum paroemiam. M.

z Τίς ἂν ἡμῖν νῦν καὶ ποιητὴς] Vulgo, Τίς ἂν καὶ νῦν ἡμῖν ποιητής. Ordinem verborum recepimus, quem praeſtant codices.

Ibid τίς ἂν καὶ νῦν ἡμῖν ποιητὴς καὶ ἀγωνιςὴς γένοιτο,] Male iſtud ποιητὴς, et intempeſtiue; cum de *hiſtrionibus* ſermo fiat. Ποιητὴς Noſtro eſt ὁ Θεὸς, (δρᾶμα διδα-

ἀλλ' ὁμιλεῖν ἀξιόχρεως θεάτροις Ἑλληνικοῖς; Ζητῶμεν τὸν ἄνδρα· τάχα πȣ φανήσεται, καὶ φανεὶς ȣ̓κ ἀτιμασθήσεται.

ſtructus, nec, vt muta interim perſona, in theatris Graecorum pro dignitate poſſit verſari? Quaeramus hominem: fortaſſe inuenietur alibi, nec, ſi id eueniat, contemptus abibit.

ΛΟΓΟΣ Η΄.

Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον.

Ἀρωγοὶ ἀνθρώποις θεοὶ, πάντες μὲν πᾶσιν, ἄλλοι δὲ ἄλλοις ἐνομίσθησαν, κατὰ τὴν φήμην τῶν ὀνομάτων, καὶ διένειμαν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι τιμὰς καὶ ἀγάλματα, οἱ ἐς τὰ ἴδια ἕκαςοι ὠφεληθέντες [a]. Οὕτω μὲν ναῦται ἐπὶ ἀκλύςȣ πέτρας ἀνέθηκαν οἴακας

DISSERT. VIII.

Vtrum Diis ſint dicandae ſtatuae.

Opitulari Deos mortalibus, omnes quidem omnibus, alios tamen aliis, pro diuerſitate nominum, omnes confitentur; hac ratione honores illis diuiſere homines, ſignaque publica alii, alii priuata dicarunt, prout opem eorum experti erant ſinguli. Ita nautae in eminenti ſcopulo, quem infra vndae

διδασκόμενον ὑπὸ ποιητῆ τῷ Θεῷ, init. Diſſert.) vel ἡ τύχη, *Fortuna*, vt paullo ante: *hiſtriones*, Pythagoras, Socrates, Xenophon, et Diogenes; qui partes a *Poëta* ſibi aſſignatas agunt. ὑποκριτὴς igitur ſcribi debuit, non ποιητὴς: vt in ſententia praecedenti, ὦ μακάριοι μὲν τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταί. vbi de his ipſis hiſtrionibus Philoſophicis loquitur. M.

DISSERT. VIII. *vulgo* XXXVIII.

Sectio α΄.

a ἀγάλματα, οἱ ἐς τὰ ἴδια ἕκαςοι ὠφεληθέντες.] Vulgo ἀγάλματα, [οἱ μὲν τὰ κοινὰ, οἱ δὲ] τὰ ἴδια, ἕκαςοι ὠφεληθέντες. Vterque vero Mſs. reliquis praetermiſſis locum, prout edidimus, exhibet.

Ibid. οἱ μὲν τὰ κοινὰ, οἱ δὲ τὰ ἴδια, ἕκαςοι ὠφεληθέντες.] Haec erat ſcriptura Maximi in Prima Editione. Sed in Recenſione, vidit

θαλαττίοις. οὕτω δέ τις ποιμένων τὸν Πᾶνα τιμᾷ ἐλάτην αὐτῷ ὑψηλὴν ἐξελόμενος, ἢ ἄντρον βαθύ· καὶ γεωργοὶ Διόνυσον τιμῶσι, πήξαντες ἐν ὀρχάτῳ αὐτοφυὲς πρέμνον, ἀγροικικὸν ἄγαλμα· ἱερὰ δὲ Ἀρτέμιδος πηγαὶ ναμάτων, καὶ κοῖλαι νάπαι, καὶ εὔθηροι λειμῶνες [b]. ἐπεφήμισαν δὲ καὶ Διῒ ἀγάλματα οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, κορυφὰς ὀρῶν [c], Ὄλυμπον, καὶ Ἴδην, καὶ εἴ τι ἄλλο

dae alluebant, Diis maris temonem poſuerunt: ita Pana ſuum paſtorum colit aliquis, qui aut excelſam ei abietem, aut antrum dedicat profundum: agricolae in horto ſuo ſtipitem figunt ingenuum, vere agreſtem ſtatuam, atque eo modo Bacchum ſe colere poſtulant: iam fontes laticum, ſaltusque caui, et veſtita floribus prata, Dianae ſacra ſunt: ne Iouem quidem immunem honoris huius primi habuere mortalium, culmina montium illius ſunt, Olympi, et Idae, aut ſi quis praete-

vidit exemplis quae ſequuntur non adeo conuenire voces τὰ κοινὰ, cum de *particularibus* agatur, *nautis*, *paſtoribus*, *agricolis*. ideo repoſuit, οἱ ἐς τὰ ἴδια ἕκαστοι ὠφεληθέντες, reliquis omiſſis. M.

b εὔθηροι λειμῶνες·] Vulgo ἄθηροι, quod nos fide codicum Reg. et Harleian. mutauimus. Sane conuenit, vt Deae venationum praeſidi loca dedicentur arti ſuae exercendae commoda.

Ibid. εὔθηροὶ λειμῶνες] Ita Codices pro ἄθηροι, vnde conieceram, cum *Dauiſio* in edit. priore, ἀνθηροὶ λειμῶνες, *prata florida*. quae lectio mihi adhuc placet prae altera εὔθηροι, quam non bene intelligo. λειμῶνες enim neque θήραις nec θηρσὶ, neque *venationibus*, nec *feris* adeo appoſiti videntur; quibus fere adſignantur *montes*, vel patentes *campi*, vel *ſaltus* et δρυμῶνες, non *prata*. M.

c κορυφὰς ὀρῶν, Ὄλυμπον, καὶ Ἴδην,] H. Stephanus legit κορυφὰς ὀρῶν, Ὀλύμπου, καὶ Ἴδης. Nos lectionem vulgatam cum Mſs. retinemus. De re ipſa vide ſis etymologum in Ἐπάκριος Ζεύς, et Seldenum de Diis Syris Syntagm. II. cap. VIII. p. 323. Meminit etiam Lucianus de Sacrif. tom. I. p. 367.

Ibid. κορυφὰς ὀρῶν, Ὄλυμπον καὶ Ἴδην,] Recte *Stephanus*, Ὀλύμπου καὶ Ἴδης. De priore vide Homerum Il. Ε. 754. De poſteriore, Scholiaſten ad Il. Γ. 320. Olympus et Ida non erant *montium vertices*, ſed ipſi montes. vertex autem Idae *Gargarus*, vel *Gargara*, in Plurali: Olympi vero, Δῖκτον, niſi me fallit memoria. M.

ὄρος πλησιάζει τῷ οὐρανῷ· ἔστι που καὶ ποταμῶν τιμὴ, ἢ κατ' ὠφέλειαν ὥσπερ Αἰγυπτίοις πρὸς τὸν Νεῖλον, ἢ κατὰ κάλλος ὡς Θετταλοῖς πρὸς τὸν Πηνειὸν, ἢ κατὰ μέγεθος ὡς Σκύθαις πρὸς τὸν Ἴστρον, ἢ κατὰ μῦθον ὡς Αἰτωλοῖς πρὸς Ἀχελῶον, ἢ κατὰ νόμον ὡς Σπαρτιάταις πρὸς τὸν Εὐρώταν, ἢ κατὰ τελετὴν ὡς Ἀθηναίοις πρὸς Ἰλισσόν. Εἶτα ποταμοὶ μὲν διέλαχον τὰς τιμὰς κατὰ τὴν χρείαν τῶν ὠφελουμένων, καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν [d], ἑκάστης ὑπ' ὄρος ἄλλο ἄλλης προσησαμένης ἄγαλμα· εἰ δέ που τὶ γένος ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐ θαλάττιον, οὐδὲ γεωργικὸν, ἀλλ' ἀστυπολοῦν καὶ ἀνακεκραμένον κοινωνίᾳ [e]

praeterea montium coelo proximus eſt: eſt et ſuus fluuiis honos, ſed diuerſus; aut enim vtilitatis ergo colunt eos homines, vt Nilum Aegyptii; aut pulchritudinis cauſa, vt Peneum Theſſali; aut magnitudinis, vt Iſtrum Scythae; aut ex tradita per manum fabula, vt Acheloum Aetoli; aut ex lege, vt Spartiatae Eurotam; aut ex ſacro inſtituto, vt Iliſſum Athenienſes. Itane ergo et fluuiis honores vtilitatis cauſa, quam ex iis conſequuntur, deſignarunt homines, inuentaeque ſunt artes ab agreſtibus diuerſae, quarum ſingulae ſtatuam in monte alio aliam Diis erexere; ſi quod vero genus ſit mortalium, non nauticum, aut ruſticum, ſed vrbanum, quodque ciuili rationis

d καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ὑπ' ὄρος ἄλλο ἄλλης προσησαμένης ἄγαλμα·] Heinſius emendat, καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης [ἐπ' ὄρει ἄλλῳ] ἄλλης προσησαμένης ἄγαλμα. Verum nec ſibi, nec aliis ſatisfacit. Sam. itaque Petitus Miſcell. IV. 3. locum ſic tentat, καὶ αἱ τέχναι (ſubaudi διέλαχον) τιμῆς θεῶν, ἑκάστης [ἐφόρῳ, ἄλλῳ] ἄλλης, προσησαμένης ἄγαλμα. In Reg. et Harleian. eſt ἄλλη προσησαμένη. Lego, καὶ αἱ τέχναι [τιμαῖς] θεῶν ἑκάστης [ἐφορῶν,] ἄλλο ἄλλη προσησαμένη ἄγαλμα.

Ibid. τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ὑπ' ὄρος ἄλλο ἄλλης προσησαμένης etc.] In Codd. eſt ἄλλη προσησαμένη. Scribo: καὶ αἱ τέχναι τιμῶσι θεὸν ἑκάστης ἔφορον, ἄλλο ἄλλη προσησαμένη ἄγαλμα. M.

e [ἀστυπολοῦν] καὶ ἀνακεκραμένον κοινωνίᾳ] Vulgo ἀστροπολοῦν, quae vox nihil huc facit. Veram lectionem dabat Paccii codex, quem ſecutus eſt Heinſius; ac ita diſerte repraeſentant Reg. et Harleian.

Sectio

πολιτικῇ νόμου καὶ λόγου, ἆρα τούτοις ἀγέραστον ἔσται τὸ θεῖον καὶ ἀτίμητον; ἢ τιμήσουσι μὲν, τῇ δὲ Φήμῃ μόνῃ, ἀγαλμάτων δὲ καὶ ἱδρυμαάτων οὐκ οἰήσονται δεῖν τοῖς θεοῖς; οὐδὲν γὰρ δεῖ τοῖς θεοῖς ἀγαλμάτων οὐδὲ ἱδρυμάτων, μᾶλλον ἢ εἰκόνων ἀγαθοῖς ἀνδράσιν.

β΄. Ὥσπερ δὲ, οἶμαι, τῷ κατὰ τὰς Φωνὰς λόγῳ οὐδὲν δεῖ πρὸς σύστασιν χαρακτήρων Φοινικίων τινῶν [f], ἢ Ἰωνικῶν, ἢ Ἀττικῶν, ἢ Ἀσσυρίων, ἢ Αἰγυπτίων, ἀλλ᾽ ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια ἐξεῦρε σημεῖα ταῦτα [g], ἐν οἷς ἀποτιθεμένη τὴν αὑτῆς ἀμβλύτητα ἐξ αὐτῶν ἀναμάττεται [h] τὴν αὖθις μνήμην· οὕτως ἀμέλει καὶ τῇ τοῦ θείου Φύσει δεῖ μὲν οὐδὲν ἀγαλμάτων [i], οὐδὲ ἱδρυμάτων, ἀλλὰ ἀσθενὲς ὂν κομιδῇ τὸ ἀνθρώπειον, καὶ διεστὸς τοῦ θείου ὅσον οὐρανοῦ γῇ [k],

rationis pariter legumque inter ſe cohaeret vinculo, ſolumne hoc nec cultum Deo vllum exhibebit, nec honorem? an potius ſola verbo tenus commemoratione id praeſtabit, imaginibus autem et ſtatuis non magnopere Diis opus putabit, cum iis non magis egere videantur, quam ſtatua viri boni?

2. Sicut autem ſermo noſter, ore cum profertur, nihil opus habet vt conſtet Phoeniciis vllis, aut Ionicis, aut Atticis, aut Aſſyriis, aut Aegyptiis denique literis; quas humanae propterea mentis excogitauit imbecillitas, vt ſic ingenii ſui occurrentes tenuitati, earum opera notarum rurſus in memoriam redirent: ita Deorum naturae nec ſtatuis per ſe, nec imaginibus eſt opus; ſed cum infirma ſit oppido mortalium conditio, tantumque a diuina quantum a coelo terra recedat, ſigna

Sectio β΄.

f Φοινικίων τινῶν, [ἢ] Ἰωνικῶν,] Vulgo deeſt vox penultima, quam nos ex Reg. et Harleian. reſtituimus.

Ibid. Φοινικίων τινῶν, Ἰωνικῶν] Lege, ἢ Ἰωνικῶν. Et ita Mſs. M.

g ἐξεῦρε σημεῖα ταῦτα,] Sic Mſs. Vulgo, σημεῖα ἐξεῦρε ταῦτα.

h ἐν οἷς ἀναμάττεται] Scribo, ἀναμάξεται. in ſequenti enim membro eſt, ἐν οἷς ἀποθήσεται. M.

i τῇ τοῦ θείου φύσει δεῖ μὲν οὐδὲν ἀγαλμάτων,] Vide Dionem Chryſoſtomum Orat. XXXI. p. 314. D. et Ciceronem de N. D. II. 17.

k ὅσον οὐρανοῦ γῇ] Vulgo οὐρανὸς γῆς, nec aliter Reg. Commodior tamen ea videbatur lectio, quam ſuppeditauit Harleian.

σημεῖα ταῦτα ἐμηχανήσατο, ἐν οἷς ἀποθήσεται τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα καὶ τὰς φήμας αὐτῶν. Οἷς μὲν οὖν ἡ μνήμη ἔῤῥωται, καὶ δύνανται εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ ἀνατεινόμενοι τῇ ψυχῇ τῷ θείῳ ἐντυγχάνειν, οὐδὲν ἴσως δεῖ τούτοις ἀγαλμάτων. Σπάνιον δὲ ἐν ἀνθρώποις τὸ τοιοῦτο γένος [l], καὶ οὐκ ἂν ἐντύχοις δήμῳ ἀθρόῳ τοῦ θείου μνήμονι [m] καὶ μὴ δεομένῳ τοιαύτης ἐπικουρίας [n]. οἷον καὶ τοῖς παισὶν οἱ γραμματισταὶ μηχανῶνται, ὑποχαράττοντες αὐτοῖς σημεῖα ἀμυδρὰ, οἷς ἐπάγοντες τὴν χειρουργίαν, ἐθίζονται τῇ μνήμῃ πρὸς τὴν τέχνην.

ſigna eiusmodi excogitauit ſibi, quibus et nomina et nuncupationes tribueret Deorum. Si quibus igitur tam firma ſit memoria, vt erecto ſtatim animo coelum vsque ipſum poſſint pertingere, Deumque recta adire, nihil iis fortaſſe opus ſit ſtatuis. Verum rariſſimi inter homines ſunt huiusmodi; nec facile in tota aliquem inuenias gente, qui diuinae ſemper meminerit naturae, nec eiusmodi egeat ſubſidio. Ita pueris, qui elementa addiſcunt prima, tenues quasdam magiſtelli notas ſolent praeſcribere, ad quas manu deducant eos, donec paulatim memoriae beneficio arti inſueſcant. Videntur certe

et

l τὸ τοιοῦτο γένος] Vel, τοῦτο τὸ γένος, *hoc genus*, potius quam *tale genus*, ſic IV. 6. τὸ γένος τοῦτο πᾶν. VI. 7. σπάνιον δὲ τὸ κτῆμα τοῦτο. M.

m οὐκ ἂν ἐντύχοις δήμῳ ἀθρόῳ τοῦ θείου μνήμονι] Dan. Heinſius, nulla neceſſitate ductus, repoſuit οὐκ ἂν ἐντύχοις [ἐν] δήμῳ ἀθρόῳ τοῦ θείου μνήμονι. Maximus vult populi coetum diuinae naturae memorem reperiri non poſſe: quod et in ſua verſione Paccius expreſſit. Nam cum Deus ſit ἀόρατος ὀφθαλμοῖς, ἄῤῥητος φωνῇ, ἀναφὴς σαρκὶ, ἀπευθὴς ἀκοῇ, quemadmodum noſter ait Diſſert. XVII. 9. cumque *nihil ſit difficilius, quam a conſuetudine oculorum aciem mentis abducere*; nihil mirum ſi *ea difficultas induxit et vulgo imperitos et ſimiles philoſophos imperitorum, vt, niſi figuris hominum conſtitutis, nihil poſſint de Diis immortalibus cogitare.* Verba ſunt Ciceronis de N. D. II. 17.

n τοιαύτης ἐπικουρίας· οἷον καὶ etc.] Mallem, ἐπικουρίας, οἷαν καὶ τοῖς παισὶν etc. Quae praecedunt, οὐκ ἂν ἐντύχοις δήμῳ ἀθρόῳ. recte habere puto. Et ita video ſentire *Daniſium*. M.

Sectio

Δοκοῦσι δή μοι καὶ οἱ νομοθέται, καθάπερ τινὶ παίδων ἀγέλῃ, ἐξευρεῖν τοῖς ἀνθρώποις ταυτὶ τὰ ἀγάλματα, σημεῖα τῆς πρὸς τὸ Θεῖον τιμῆς, καὶ ὥσπερ χειραγωγίαν τινὰ καὶ ὁδὸν πρὸς ἀνάμνησιν.

γ'. Ἀγαλμάτων δὲ οὐχ εἷς νόμος, οὐδὲ εἷς τρόπος, οὐδὲ τέχνη μία, οὐδὲ ὕλη μία. Ἀλλὰ τὸ μὲν Ἑλληνικὸν τιμᾶν τοὺς Θεοὺς ἐνόμισε τῶν ἐν γῇ τοῖς καλλίστοις, ὕλῃ μὲν καθαρᾷ, μορφῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ, τέχνῃ δὲ ἀκριβεῖ· καὶ οὐκ ἄλογος ἡ ἀξίωσις τῶν τὰ ἀγάλματα εἰς ἀνθρωπίνην ὁμοιότητα καταστησαμένων. Εἰ γὰρ ἀνθρώπου ψυχὴ ° ἐγγύτατον Θεῷ καὶ ἐμφερέστατον, οὐ δήπου εἰκὸς τὸ ὁμοιότατον αὐτῷ περιβαλεῖν τὸν Θεὸν σκήνει ἀτοπωτάτῳ P, ἀλλ' ὅπερ ἔμελλε ψυχαῖς ἀθανάτοις εὔφο-

et legiſlatores mihi non aliter, quam puerorum gregi, has generi mortalium inueniſſe imagines, honoris diuini quaſi ſigna quaedam, vel notas, queis ad memoriam eius, tanquam manuductione quadam et via, homines deducerent.

3. Harum porro imaginum nec lex vna, nec ratio, nec ars vna eſt, nec materies. Graeci quippe iis, quae pulcerrima in terra habentur, materia pura, forma humana, arte exquiſitiſſima, colere conſueuere Deos: ſed nec improbandum eorum videtur conſilium, qui humanam Deorum imaginibus affinxere formam. Siquidem Deo vicina, Deo ſimillima eſt anima hominum: nec aequum videtur rem ſui ſimillimam deformi includere corpori voluiſſe Deum; ſed quod animam facillime circumferret immortalem, leue, motui aptum,

Sectio γ'.

o Εἰ γὰρ ἀνθρώπου ψυχὴ] Vulgo, Ἡ γὰρ ἀνθρώπου ψυχή. Nos ex Reg. et Harleian. Maximum ſua manu frui iuſſimus, lectionemque noſtram codex etiam Paccii dedit.

p σκήνει ἀτοπωτάτῳ] *Ineptum tabernaculum* male reddidit Paccius. Σκῆνος eſt corpus. Sic Theages apud Stobaeum Serm. I. p. 8. δύναμιν definit ἀλκάν τινα τοῦ [σκάνεος.] Pariter Plato σῶμα nuncupauit γήϊνον σκῆνος. Vide Clementem Strom. lib. V. p. 703. et Euſebium Praep. Euang. lib. XIII. cap. XIII. p. 671. Sic Euſebius ipſe H. E. VII. 16. Democrates in Sentent p. 626. Ψυχῆς μὲν τελειότης σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σώματος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογι-

ϱόν q τε ἔσεσθαι καὶ κȣ̃φον καὶ εὐκίνητον r. Μόνον τȣ̃το s τῶν ἐν γῇ σωμάτων ἀνατεῖνον τὴν κορυφὴν ὕψȣ t, σοβαρὸν, καὶ γαῦρον, καὶ σύμμετρον, ȣ̈τε διὰ μέγεθος ἐκπληκτικὸν, ȣ̈τε διὰ χαίτην φοβερὸν u, ȣ̈τε διὰ βάρος δυσκίνητον, ȣ̈τε διὰ λειότητα ὀλισθηρὸν, ȣ̈τε διὰ τραχύτητα ἀντίτυπον, ȣ̈τε διὰ ψυχρότητα ἑρπυστικὸν, ȣ̈τε

aptum, quodque ſolum omnium, quae in terra ſunt, corporum caput in coelum attolleret, venuſtum, alacre, apte compoſitum; non tam magnum vt terrere quenquam, nec tam hirſutum vt formidabile cuiquam eſſe poſſet, nec tam graue vt non moueri, nec tam lene vt ſtare nequeat, non tam durum vt tactum repellat, nec tam frigidum vt humi ſerpere, nec tam calidum vt in altum ſe efferre, nec tam laxum

λογισμȣ̃ ψυχὴν ȣ̓δὲν ἄμεινω τίθησιν. Hoc ſane Democrito tribuunt Stobaeus Serm. I. p. 4. et Meliſſa cap. 167. quod notauit cl. Galaeus. At ex iis legi debere σκήνȣς δὲ ἰσχὺς, non σώματος, vir ille doctus haud monuit. In hac loquendi ratione multus eſt Aretaeus. Vide de cauſſis et ſignis Acut. Morb. I. 10. ac de cauſſis et ſignis Diuturn. Morb. I. 5, 6, 7, 8. et II. 1.

q [ψυχαῖς] ἀθανάτοις εὔφορον] Vulgo ψυχῆς ἀθανάτȣ, Reg. ψυχῆς ἀθανάτοις, vnde reſcripſi ψυχαῖς ἀθανάτοις, quod et Harleian. firmat, poſtulatque linguae Graecae ratio.

r εὔφορόν τε ἔσεσθαι καὶ κȣ̃φον καὶ εὐκίνητον] Synonyma fere haec tria. Forte, εὔμορφόν τε, *et pulchrum*, ſpecioſum: cui opponitur ἀτοπωτάτῳ, *deformi*, Superlatiuum pro Poſitiuo: quo modo ſaepe ſcribit Maximus. M.

s Μόνον τȣ̃το] Vulgo τȣ̃το μόνον, vnde Dan. Heinſius legit τȣ̃το τὸ μόνον. Nos Reg. et Harl. ſequimur, nec vlteriori mutatione locus eget.

t ἀνατεῖνον τὴν [κορυφὴν ὕψȣ,] Sic vterque codex, vulgo κεφαλὴν ex Gloſſa.

Ibid. ἀνατεῖνον τὴν κεφαλὴν ὕψȣ] Ita, opinor, primo ſcripſit et edidit Noſter. ſed poſtea mutauit κεφαλὴν in κορυφὴν, vocem magis venuſtam et figuratam, vnde hanc habent *Reg.* et *Harl.* M.

u ȣ̈τε διὰ χαίτην φοβερὸν,] Vnde χαίτη, inter μέγεθος, βάρος, λειότητα, et caeteras Corporum *Qualitates*? Scribo, ȣ̈τε δὲ ἀλκὴν φοβερὸν, *propter vires*. ſunt enim Homines ἀλκὴν ἀσθενέστατοι, Diſſ. XXXVI. et Diſſ. II. εἰ μέλλει ἄνθρωπος ὢν μὴ ὑπὸ ἀλκῆς σωθήσεσθαι. vide loca: in eadem enim Comparatione verſantur. M.

x φοβε-

ἰταμὸν διὰ θερμότητα, ὔτε νηκτὸν διὰ μανότητα, ὐκ ὠμοφάγον δι' ἀγριότητα, ὐ ποηφάγον δι' ἀσθένειαν· ἀλλὰ κεκραμένον μυσικῶς πρὸς τὰ αὐτῦ ἔργα, φοβερὸν μὲν δειλοῖς, ἥμερον δὲ ἀγαθοῖς [x], βαδιςικὸν μὲν τῇ φύσει, πτηνὸν δὲ τῷ λόγῳ, νηκτὸν δὲ τῇ τέχνῃ [y], σιτοφάγον, καὶ γεωπόνον, καὶ καρποφάγον, καὶ εὔχρυν, καὶ εὐςαθὲς, καὶ εὐωπὸν, καὶ εὐγένειον. Διὰ τοιύτυ σώματος τύπων τὺς θεὺς τιμᾷν ἐνόμισαν οἱ Ἕλληνες.

δ'. Τὸ δὲ βαρβαρικὸν, ὁμοίως ἅπαντες μὲν ξυνετοὶ τῦ θεῦ, κατεςήσαντο δὲ αὐτοῖς [z] σημεῖα ἄλλοι ἄλλα. Πέρσαι μὲν πῦρ [a], ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκόρε-

laxum vt natare cogatur, non tam poſtremo immane vt crudas carnes, nec tam infirmum vt ſolas e terra herbas voret; ſed ea corporis totius compoſitione, quae vere eſt concinna, ſingulisque eius operibus quam maxime reſpondet, quae et metum timidis, et amorem conciliet probis, natura quidem incedat, ratione tamen volet, arte natet, terram colat, fruges edat, fructus mandat, colore nitido, membris firmiſſimis, vultu pulchro, barba quae deceat. Tali corporis forma repraeſentare Deos, eosque colere cenſuerunt Graeci.

4. Inter barbaros vero, qui Deos non agnoſcat, nemo eſt; alia tamen illi atque alia ſigna inſcripſere. Ignem Perſae, quotidianum hoc elementum, rem voracem atque inſatiabilem

x φοβερὸν μὲν τοῖς δειλοῖς, ἥμερον δὲ ἀγαθοῖς·] Δειλοῖς et ἀγαθοῖς recte opponuntur quando de *Bello* ſermo fit: vide XXIX. 1. ſed de eo non nunc agitur. vnde forte leg. τοῖς φαύλοις, *malis*. Philo Iudaeus p. 607. τὰ μὲν καλὰ πρόσεσι τοῖς ἈΓΑΘΟΙ͂Σ, τὰ δ' ἀσχρὰ τοῖς ΦΑΥ'ΛΟΙΣ. Iohannes V. 29. οἱ τὰ ἈΓΑΘᾺ ποιήσαντες ——— οἱ τὰ ΦΑΥ͂ΛΑ πράξαντες. vide et Porphyrium περὶ Απεχ. II. 61. et vbique occurrit. M.

y νηκτὸν δὲ τῇ τέχνῃ,] Sic Harleian. Vulgo deeſt vox penultima.

Ibid. νηκτὸν δὲ τέχνῃ] Quiuis praeter Maximum ſcripſiſſet τῇ τέχνῃ· et ita Maximum ſcripſiſſe opinor, vt in praecedentibus τῇ φύσει, τῷ λόγῳ. Articulum exhibet *Harleianus*. M.

Sectio δ'.

z κατεςήσαντο δὲ αὐτοῖς] Scribe αὑτοῖς *ſibi*. M.

a Πέρσαι μὲν πῦρ,] Vide B. Briſ-

ϛον καὶ ἀδηφάγον· καὶ θύȣσι Πέρσαι πυρὶ, ἐπιφορȣ̃ντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν, ἐπιλέγοντες, Πῦρ δέσποτα, ἔσθιε. Ἄξιον δὲ πρὸς τȣ̀ς Πέρσας εἰπεῖν, Ὦ πάντων γενῶν ἀνοητότατον, οἳ τοσȣ́των καὶ τηλικȣ́των ἀγαλμάτων ἀμελήσαντες, γῆς ἡμέρȣ, καὶ ἡλίȣ λαμπρȣ̃, καὶ θαλάττης πλωΐμȣ, καὶ ποταμῶν γονίμων, καὶ ἀέρος τροφίμȣ, καὶ αὐτȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ περὶ ἓν μάλιϛα ἀσχολεῖσθε τὸ ἀγριώτατον καὶ ὀξύτατον, ᾧ ξύλων αὐτῷ τροφὴν χορηγȣ̃ντες μόνον, ȣ̓δὲ ἱερείων, ȣ̓δὲ θυμιαμάτων· ἀλλὰ τȣ́τῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τȣ́τῳ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ἐρετρίαν ἀναλῶσαι δεδώκατε, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς, καὶ τὰ Ἰώνων ἱερὰ, καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα.

έ. Μέμφομαι καὶ τὸν Αἰγυπτίων νόμον. Βȣ̃ν ἐκεῖνοι τιμῶσι καὶ ὄρνιν καὶ τράγον καὶ τȣ̃ ποταμοῦ τȣ̃ Νείλȣ τὰ θρέμματα, ὧν θνητὰ μὲν τὰ σώματα, δειλοὶ δὲ οἱ βίοι, ταπεινὴ δὲ ἡ ὄψις, ἀγεννὴς δὲ ἡ θεραπεία, αἰσχρὰ δὲ ἡ τιμή.

tiabilem; igni ſacrum faciunt Perſae, igni alimentum ſuppeditant, acclamantque, *Comede, o domine.* Quibus merito dicat aliquis, Ecquid te pudet, gens dementiſſima, tot tantasque negligere ſtatuas, terram mitiſſimam, ſolem clariſſimum, mare nauigationibus deſtinatum, fluuios foecunditatis dominos, almum aerem, ipſumque poſtremo coelum; vni vero elemento immaniſſimo omnium violentiſſimoque ſoli adhaerere? quam quidem veſtram ſtatuam veſtrumque Deum non lignis tantum paſcitis, aut victimis, aut ſuffitu ſacro, ſed maioribus longe; quippe et Eretriam totam, ipſasque Athenas, et Ionum ſacra, Graecorumque ſtatuas huic deuorandas obieciſtis.

5. Ne Aegyptiorum quidem ferre poſſum conſuetudinem. Bouem illi colunt, auem, et hircum, vt omittam Nili monſtra; quorum omnium mortale corpus, vita abiecta, vultus in terram conuerſus, cultus degener, honor pudendus eſt. Moritur

B. Briſſonium de Reg. Perſ. lib. II. §. 14. ſeqq. eiusque collectaneis. Adde Iul. Firmicum de Err. Prof. Relig. p. 10. et Lucianum in Ioue Tragoedo tom. II. p. 152.

Sectio

ἀποθνήσκει Θεὸς Αἰγυπτίοις, καὶ πενθεῖται Θεὸς, καὶ δείκνυται παρ' αὐτοῖς ἱερὸν Θεȣ̃, καὶ τάφος Θεȣ̃. Καὶ Ἕλληνες μὲν θύȣσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς [b], καὶ τιμῶνται μὲν αὐτῶν αἱ ἀρεταὶ, ἀμνημονȣ̃νται δὲ αἱ συμφοραί· παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις, ἰσοτιμίαν ἔχει [c] τὸ Θεῖον τιμῆς καὶ

Moritur ergo in Aegypto Deus et lugetur, eiusdemque et templum monſtratur et ſepulchrum. Et Graeci quidem bonis etiam viris ſacra faciunt, quorum virtutum memoriam celebrant, calamitates vero omittunt; apud Aegyptios vero ex aequo lacrymas Deo et honores offerunt.* Mulierem olim

Aegy-

Sectio ε.

b καὶ Ἕλληνες μὲν θύȣσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς.] *Et Graeci quidem bonis etiam viris ſacra faciunt.* Nimis conciſe. Vult enim, opinor, Graecos ſacra facere nonnullis qui boni viri fuerunt dum inter Homines verſabantur, nunc autem in τȣ̀ς Κρείττονας tranſcribuntur: quales Bacchus, Hercules, Caſtor et Pollux, et τοπικοὶ innumeri. Aegyptii quidem in vico Anubi ſacrificabant *Homini*, inter caetera animalia vtpote participi Diuinae Naturae: (vide Porphyrium περὶ Ἀποχ. IV. 9.) apud Graecos vero huiusmodi ſacra fiebant iis non qua ἄνθρωποι ἀγαθοὶ, ſed qua Δαίμονες vel *Heroes*: et ideo priora nomina eorum ſaepe mutabantur, ne Humanae Sortis aliquid iis adhaereret. Niſi hoc voluit Maximus, falſum dicit, prout colligi poteſt ex Luciano in Toxar. ipſo initio: et ſi hoc voluit, admodum incerte et ambigue mentem effert. nam de Sacris *Adulatoriis*, quae viuentibus nonnunquam fiebant, non poteſt ſupponi hoc loco agere. Saepe ſuſpicatus ſum ſcribi debere, καὶ Ἕλληνες μὲν πενθȣ̃σι καὶ ἀνθρώπȣς ἀγαθȣ̀ς, (prima ſyllaba in πενθȣ̃σι amiſſa in praecdenti voce μὲν) et de *Publicis* et Solennibus Veterum *Luctibus* intelligi, propter ea quae ſequuntur, καὶ τιμῶνται μὲν αὐτῶν αἱ ἀρεταὶ, ἀμνημονȣ̃νται δὲ αἱ συμφοραὶ· quae optime conueniunt huic mori et interpretationi: vide Lyſiae Ἐπιτάφιον, ad initium et finem. M.

c ἰσοτιμίαν ἔχει] Vulgo μὲν ἔχει. Sed priorem vocem fide codicum ſuſtuli. Maximus autem de Oſiride loquitur, cuius *idolum annuis luctibus plangunt, radunt capita, —— tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum reſecant cicatrices. — Et cum haec certis diebus fecerint, tunc fingunt ſe lacerati corporis reliquias reperire, et, cum inuenerint, quaſi ſopitis luctibus gaudent.* Verba ſunt Firmici de Err. Prof. Relig.

δακρύων d. Γυναικὶ Αἰγυπτίᾳ θρέμμα ἦν κροκοδείλου σκύλαξ· ἐμακάριζον οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα, ὡς τιθηνουμένην θεόν· τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ προσεθρύπτοντο καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον e. Ἦν αὐτῇ παῖς ἄρτι ἡβάσκων, ἡλικιώτης τοῦ θεοῦ, συναθύρων αὐτῷ καὶ συντρεφόμενος· ὁ δὲ τέως μὲν ὑπὸ ἀσθενείας ἦν τιθασσός, προελθὼν δὲ εἰς μέγεθος ἤλεγξε τὴν φύσιν, καὶ

Aegyptiam crocodilli catulum aluiſſe fama tenet: feliciſſimam eam Aegyptii iudicabant, vtpote nutricem Dei; erant et qui nutrici ſimul alumnoque blandirentur. Mulieri huic erat filius, qui necdum ex ephebis exceſſerat, aequalis Dei, quicum adoleſcere vnaque luſitare conſueuerat; quae res illi non male ſucceſſit, dum prae corporis imbecillitate cicur videretur; poſtquam vero adoleuit, ad ingenium redit, puerum vorat.

p. 4. 5. Vide ſis inter alios Minucium Felicem Octav. cap. XXI. et Ioan. Seldenum de DIs Syris Syntagm. II. cap. 11.

d ἰσοτιμίαν τιμῆς καὶ δακρύων.] Sic ὁμοπαθῆ πάθους, et ὁμόφωνον φωνῆς, Diſſ. XVII. Vide doctiſſ. virum *Iac. Phil. Doruille* in *Vanno Crit.* p. 172. Appoſite ad Rem, et eodem acumine, Athenagoras *Legat. pro Chriſtian.* Τὸ δὲ κατ' Αἰγυπτίους μὴ καὶ γέλοιον ᾖ. τύπτονται γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ στήθη κατὰ τὰς πανηγύρεις ὡς ἐπὶ τετελευτηκόσι, καὶ θύουσιν ὡς Θεοῖς. vnde Xenophanes Aegyptiis praecipiebat, τὸν Ὄσιριν, εἰ θνητὸν νομίζουσι, μὴ τιμᾶν ὡς Θεόν· εἰ δὲ Θεὸν ἡγοῦνται, μὴ θρηνεῖν· Plutarchus Ἐρωτικῷ p. 763. Quale reſponſum Eleatis quoque dediſſe Xenophanem narrat Ariſtoteles *Rhetor.* II. cum illum conſulebant an Leucotheae ſacra facerent, et lugerent: συνεβούλευεν, εἰ μὲν Θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν· εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ θύειν. Athanaſius *Orat. contra Gentes*, p. m. 11. καὶ οἱ μὲν διαταξάμενοι, ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκοντες, θρηνοῦνται· οὓς δὲ διετάξαντο, οὗτοι ὡς Θεοὶ προσκυνοῦνται. M.

e [προσεθρύπτοντο] καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον.] Prima vox loco conuenire non videtur; nam θρύπτεσθαι πρός τινα eſt alicui ſe ferocem ſuperbumque praebere. Vide ſis Ariſtaeneti lib. II. epiſt. 16. et Aelianum V. H. III. 12. Harleian. προσέῤῥιπτον. An προσέπιπτον, *ſupplices fiebant*? Reg. προσετρίπτοντο. Forte [προσεπτύσσοντο] καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον. Suidas προσπτύξομαι, προσκυνήσομαι, περιπλακήσομαι. Adi ſcholiaſten ad Odyſſ. Γ'. 22. Δ'. 647. et Euſtathium ad Θ'. p. 322.

f Ὡς

διέφθειρε τὸν παῖδα. Ἡ δὲ δύστηνος Αἰγυπτία ἐμακάριζε τὸν υἱὸν τοῦ θανάτου, ὡς γενόμενον δῶρον [f] ἐφεσίῳ θεῷ. Τὰ μὲν Αἰγυπτίων τοιαῦτα.

ϛʹ. Ἀλέξανδρος δὲ ἐκεῖνος Πέρσας ἑλὼν, καὶ Βαβυλῶνος κρατήσας, καὶ Δαρεῖον χειρωσάμενος, ἦλθεν εἰς τὴν Ἰνδῶν γῆν, ἄβατον οὖσαν τέως στρατιᾷ ξένῃ, ὡς Ἰνδοὶ ἔλεγον, πλήν γε Διονύσου καὶ Ἀλεξάνδρου. Ἐστασίαζον Ἰνδοὶ βασιλεῖς Πῶρος καὶ Ταξίλης [g]· Πῶρον μὲν λαμβάνει ὁ Ἀλέξανδρος [h], Ταξίλην δὲ κατά φιλίαν παρεστήσατο [i]. Ἐπεδείκνυεν Ἀλεξάνδρῳ Ταξίλης τὰ θαυμαστὰ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ποταμοὺς μεγίστους, καὶ ὄρνι-

vorat. Ibi miſerrima mulier filii ſui morte gaudere, tanquam beatiſſimi, quod domeſtici Dei factus eſſet victima. Atque ita quidem Aegyptiorum fert ratio.

6. Magnus autem Alexander, deuictis iam Perſis, Babylone expugnata, capto Dario, terram Indorum petiit, quae nunquam, vt dicebant ipſi, exercitum externum praeterquam Bacchi et ipſius Alexandri admiſerat. Graui eo tempore inter ſe contentione diſſidebant duo reges, Porus et Taxiles; et Porus quidem vi pugnans capitur, in fidem ſocietatemque a rege recipitur Taxiles. Qui quidem quicquid vel admiratione dignum in India, vel homini Graeco nouum videri

f ὡς γενομένον δῶρον] Ita ſe gerere ſolebant Ombitides, vt notauit Aelianus H. A. X. 21.

Sectio ϛʹ.

g Πῶρος καὶ Ταξίλης·] De regibus hiſce videas Curtium VIII. 13: 14. Arrian. Exped. IV. 22. V. 8. Plutarchum in Alex. p. 698, 699. et Diodorum Siculum lib. XVII. p. 557. ſeq. Poſterior apud Strabonem lib. XV. p. 1022. errore librariorum Τάξιλος nominatur. Lege Ταξίλης.

h Πῶρον μὲν λαμβάνει ὁ Ἀλέξανδρος,] Ita quidem Curtius VIII. 14. Plutarchus in Alex. p. 699. et de Ira cohib. p. 458. B. Themiſtius Orat. VII. p. 88. aliique. Sed Arrianus Exped. V. 19. eum Meroes ſuaſibus ad Alexandrum ſponte ſua veniſſe tradit.

i Ταξίλην δὲ κατὰ φιλίαν παρεστήσατο.] Forte Ταξίλῃ· *Taxili per amicitiam* (i. e. vt amicus) *opitulabatur*, praeſto fuit: vt Diſſ. X. τῷ Ὀδυσσεῖ παραστάσης (ſc. Ἀθηνᾶς) ἐν πάντεσσι πόνοισι. M.

k Διονύσου

θας ποικίλȣς, καὶ εὐώδη φυτὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο ξένον ὀφθαλμοῖς Ἑλληνικοῖς. Ἐν δὲ τοῖς ἔδειξε καὶ ζῶον ὑπερφυὲς, Διονύσȣ ἄγαλμα, ᾧ Ἰνδοὶ ἔθυον· δράκων [k] ἦν μῆκος πεντάπλεθρον, ἐτρέφετο δὲ ἐν χωρίῳ κοίλῳ, ἐν κρημνῷ βαθεῖ, τείχει ὑψηλῷ ὑπὲρ τῶν ἄκρων περιβεβλημένος· καὶ ἀνήλισκε τὰς Ἰνδῶν ἀγέλας, χορηγȣ́ντων αὐτῷ τροφὴν, βȣ̃ς καὶ ὄϊς, καθάπερ τυράννῳ μᾶλλον ἢ θεῷ.

ζʹ. Οἱ ἑσπέριοι Λίβυες οἰκȣ̃σι γῆς αὐχένα [l] στενὸν καὶ ἐπιμήκη καὶ ἀμφιθάλαττον, σχιζομένη γὰρ κατὰ κορυφὴν τȣ̃ αὐχένος ἡ ἔξω θάλαττα [m] περιλαμβάνει

nouum videri poterat in aliena terra, regi oſtendit, fluuios maximos, aues varias, plantas odoratas. In his omnibus animal erat maximum Baccho ſacrum, cui victimas quotidie Indi mactabant. Hoc animal draco erat, qui iugera terrae quinque corpore aequaret: is deuexo in loco, amfractuoſo, profundo, altiſſimis deſuper muris circumſepto alebatur. Hic Indorum armenta ac pecudes vorabat, quippe illis nouum illi cibum quotidie praebentibus, boues puta et oues, tanquam tyranno potius quam Deo.

7. Heſperii Libyes terram incolunt anguſtam, in longum diffuſam, mari cinctam vndique; huius faucis ſummum circa verticem exterius diuiditur mare, multaque aquarum vi et vorticibus

k Διονύσȣ ἄγαλμα —— δράκων] Baccho dracones ſunt conſecrati, quod obſeruauit Plutarchus Sympoſ. III. 5. Hunc vero draconem non μῆκος πεντάπλεθρον (quod omnem veri prorſus excedit ſimilitudinem) ſed πηχῶν ἑβδομήκοντα facit. Aelianus H. A. XV. 21. De magnitudine draconum vide, quae collegit Sam. Bochartus Hieroz. Part. II. lib. III. cap. XIV. p. 430 ſeqq.

Sectio ζʹ.

l γῆς αὐχένα] Sic edidi, recepta Dan. Heinſii coniectura. Euripides Electra v. 1288.

Σὺ δ' Ἰσθμίας [γῆς αὐχέν'] ἐμβαίνων ποδί.

Vide Pollucem IX. 18. et ibi Iungermannum. Vulgo γῆν, αὐχένα, quod retinent Paccian. Reg. et Harleian. fierique poteſt vt ſit appoſitio.

m [ἡ] ἔξω θάλασσα] Vulgo deeſt prima vox. Eam nos fide codicum reſtituimus.

Ibid. ἔξω θαλαττα] Requiritur articulus, ἡ ἔξω. Eum exhibent Codices. M.

n τὸ

τὴν γῆν κύματι πολλῷ καὶ πελαγίῳ· τοῖς ἀνθρώποις τούτοις ἱερόν ἐστι καὶ ἄγαλμα ὁ Ἄτλας. Ἔστι δὲ ὁ Ἄτλας ὄρος κοῖλον, ἐπιεικῶς ὑψηλὸν, ἀνεῳγὸς πρὸς τὸ πέλαγος, ὥσπερ τὰ θέατρα πρὸς τὸν ἀέρα· τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοῦ ὄρους χωρίον [n], αὐλὼν βραχὺς [o] εὔγεως καὶ εὔδενδρος [p]· καὶ ἴδοις ἂν καὶ καρποὺς ἐπὶ τῶν δένδρων, καὶ ὀπτεύσειας ἐκ τῆς κορυφῆς, ὥσπερ εἰς φρεατείας ἔδαφος [q]· κατελθεῖν δὲ οὔτε δυνατὸν, κρημνῶδες γὰρ, οὔτε ἄλλως θέμις. Τὸ δὲ ἐν τῷ χωρίῳ θαῦμα, ὁ ὠκεανὸς πλημμύρων ἐμπίπτει [r] ἠϊόνι, καὶ τῇ μὲν ἄλλῃ ἀναχεῖ-

ticibus marinis terram amplectitur: his hominibus ſacer eſt Atlas, hunc vice ſtatuae habent. Eſt autem Atlas mons cauus, ſatis altus, qui mari patet, ſicut theatra aeri: quod in medio montis patet ſpatium, vallis exigua eſt, terra amoena, arboribus conſita; itaque et fructus ex arboribus pendentes videas, nec aliter e ſummo culmine contemplanti apparet, quam ſi in puteum deſpicias profundum: deſcendere autem nec poſſis, locus enim praeceps eſt, nec per religionem fas ſit. Nihil tamen magis mirandum videtur, quam pontus ipſe, qui vndarum vi maxima littori incumbit, inque patentes vbique campos

n τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοῦ ὄρους χωρίον,] Poſt ὄρους, ſubintellige, καὶ τῆς θαλάττης· niſi Textui deſint eae voces. plenius et rectius infra, ἐκ μέσου τοῦ ὄρους καὶ τοῦ ὕδατος. vult iſtud Luciani, καθὸ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται, Dial. Dorid. et Galat. p. 239. Praeceſſit quidem πρὸς τὸ πελαγος· ſed cum vnum ex Terminis, τοῦ ὄρους, poſuerit, videtur vel alterum quoque, τῆς θαλάττης, poſuiſſe debere, vel vtrumque omiſiſſe, et ſcripſiſſe τὸ δὲ ἐν μέσῳ χωρίον. M.

o αὐλὼν βραχὺς] Vel βαθὺς prout ſuſpicari poſſis ex iſtis, εἰς φρεατείας ἔδαφος, *in puteifundum.* et mox dicit ἐπὶ τὰ κοῖλα, et κοῖλον ἄλσος. ſic paullo ante, ἐν χωρίῳ κοίλῳ, ἐν κρημνῷ βαθεῖ. M.

p [εὔγεως] καὶ εὔδενδρος·] Sic vterque Mſs. vulgo εὔγαιος.

q εἰς φρεατείας [ἔδαφος·] Sic in ſuo codice legit Paccius. ac ita feliciter emendauit Leopardus XVIII. 28. Vulgo ἔλαφος, quod huic loco minime conuenit.

r [ὁ] ὠκεανὸς πλημμύρων [ἐμπίπτει] Sic Reg. et Harleian. vulgo [ὡς] ὠκεανὸς πλημμύρων, [ἐμπίπτων.]

s ἀὴρ

ται ἐπὶ τὰ πεδία, κατὰ δὲ τὸν Ἄτλαντα αὐτὸν κορυφοῦται τὸ κῦμα· καὶ ἴδοις ἂν τὸ ὕδωρ ἀνεστηκὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ὥσπερ τειχίον, οὔτε εἰσρέον ἐπὶ τὰ κοῖλα, οὔτε ὑπὸ γῆς ἐρειδόμενον, ἀλλ᾽ ἐκ μέσου τοῦ ὄρους καὶ τοῦ ὕδατος ἀὴρ πολύς, κοῖλον ἄλσος [s]. Τοῦτο Λιβύων καὶ ἱερὸν [st], καὶ θεὸς, καὶ ὅρκος, καὶ ἄγαλμα.

η. Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς [t]. Παίονες σέβουσι μὲν ἥλιον, ἄγαλμα δὲ ἡλίου Παιονικὸν δίσκος βραχὺς ὑπὲρ μακροῦ ξύλου. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα· τὸ δὲ ἄγαλμα εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος [u]. Παφίοις ἡ μὲν Ἀφρο-

campos diffunditur: circa Atlantem ergo aſſurgunt fluctus, ſuoque pondere muri adinſtar ſtat aqua, vt nec in praerupta terrae deſcendat, nec ab ipſa humo fulciatur: medium inter montem ac mare locum aer occupat, nemusque in conualle. Libycum hoc templum, hic Deus eſt, hunc iureiurando teſtem inuocant, hanc habent ſtatuam.

8. Iouem Celtae colunt, Iouis autem apud eos ſimulacrum alta quercus eſt. Paeones ſolem colunt, ſolisque apud hos ſimulacrum breuis diſcus eſt, perticae ſupra longiſſimae affixus. Colunt et Arabes Deum, quem vero haud facile dixerim; quod autem vidi apud eos ſimulacrum, lapis erat quadran-

s ἀὴρ πολὺς, κοῖλον ἄλσος·] Forte, καὶ κοῖλον ἄλσος, et *cauum nemus:* per quod vult, *aquis non opertum.* Paullo ante ſcribe, ἐμπίπτει τῇ ἠϊόνι. omittitur Articulus: ſed de ea omiſſione ſilet Cl. Editor. M.

st Τοῦτο Λιβύων] Ita Mſs. vulgo Λιβύων τοῦτο

Sectio η.

t ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς.] Claudianus in pr. Conſ. Stilich. I. 229.

Robora numinis inſtar
Barbarici noſtrae feriant impune ſecures.

Et ſane, *nihil habent Druides robore ſacratius,* vt auctor eſt Plinius H. N. lib. XVI. §. 90. Vide Lipſium ad Taciti Germ. cap. IX.

u τὸ δὲ ἄγαλμα εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος.] Vulgo τὸ δὲ ἄγαλμα, [ὃ] εἶδον, λίθος etc. contra quam volunt codices. Clemens Protr. p. 40. Οἱ Ἄραβες τὸν λίθον προσεκύνουν, quem *informem lapidem* vocat Arnobius lib. VI. p. 246. Pariter Suidae in Θεὸς Ἄρης huiuſce Dei ἄγαλμα dicitur λίθος μέλας, τετράγωνος, ἀτύπωτος, ὕψος ποδῶν δ΄, εὖρος δύο. Sed cum Martem denotari putauit iſte conſarcinator, errauit; nam Duſares:

δίτη τὰς τιμὰς ἔχει· τὸ δὲ ἄγαλμα ὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῷ ἢ πυραμίδι λευκῇ [x], ἡ δὲ ὕλη ἀγνοεῖται. Λυκίοις ὁ Ὄλυμπος πῦρ ἐκδιδοῖ, ὐχ ὅμοιον τῷ Αἰτναίῳ, ἀλλ' εἰρηνικὸν καὶ σύμμετρον. καὶ ἔςιν αὐτοῖς τὸ πῦρ τῦτο καὶ ἱερὸν καὶ ἄγαλμα. Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον, εἶδον τὺς ποταμύς· ἀφίησιν αὐτὺς πηγὴ μία, ἣ προσελθῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νώτυ τῆς πόλεως, καὖθις ἐκδιδοῖ ἐκ τῦ ἄςεος διελῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα· ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος, ὁ δὲ αὐτῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται [y]. Θύϋσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέ-

drangularis. Venerem Paphii colunt, cuius ſtatuam albae pyramidi non diſſimilem dixeris. Apud Lycios mons Olympus ignem eructat, non Aetnaei inſtar, ſed placidum compoſitumque; eſtque hic ignis ipſe et templum et ſtatua. Qui Celaenas accolunt Phryges, fluuios duos, Marſyam colunt Maeandrumque, quorum ipſe ſpectator fui: duo hi fluuii e fonte oriuntur vno, qui cum ad montem proceſſit vsque, ad poſteriorem vrbis partem ſe ſubducit, rurſusque ex vrbe oritur, ſimulque aquam diſtinguit fluuiis et nomen; atque ex iis quidem Lydiam Maeander petit, alter ibidem in campis finitur ac conſumitur. His fluuiis rem diuinam Phryges faciunt, alii

Duſares, Δυσάρης numen fuit Arabum, cuius λίθος τετράγωνος erat ἄγαλμα. Hoc primus obſeruauit cl. Bochartus Phaleg. lib. II. cap. XIX. p. 206.

x ὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῷ ἢ πυραμίδι λευκῇ,] Tacitus Hiſt. II. 3. *Simulachrum Deae* (Paphiae Veneris;) *non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exſurgens.* Ad quem locum Sauilius in noſtro reponit ἄλλῳ τῷ ἢ πυραμίδι [τριγωνικῇ.] Sed hoc nullo iure factum, quod ſatis oſtendunt nummi. Vide Ioan. Marſhamum Can Chron. Saec. IV. p. 57. et Ez. Spanhemium Diſſ. VIII. p. 505. Seruius ad Aen. I. 724. *Apud Cyprios Venus in modum vmbilici, vel, vt quidam volunt, metae colitur.* Adi cl. Olearium ad Philoſtratum Vit. Apoll. III. 58.

y ὁ δὲ αὐτῦ περὶ τὰ πέδια ἀναλίσκεται.] ὁ δὲ ſcil. ὁ Μαρσύας· non enim opus eſt vt eae voces exprimantur, etiamſi praeceſſerit

ϱοις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδϱῳ, οἱ δὲ τῷ Μαϱσύᾳ· καὶ ἐμβάλλȣσι τὰ μηϱία εἰς τὰς πηγὰς, ἐπιφημίσαντες τȣ̈νομα τȣ̃ ποταμȣ̃ ὁποτέϱῳ ἔθυσαν· ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄϱος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι [z], ȣ̈τ' ἂν ἐπὶ τὸν Μαϱσύαν ἐκδοθείη τὰ τȣ̃ Μαιάνδϱȣ, ȣ̈τ' ἐπὶ τὸν Μαίανδϱον τὰ τȣ̃ Μαϱσύȣ· εἰ δὲ ἀμφοῖν εἴη, διαιϱȣ̃νται τὸ δῶϱον. Ὄϱος Καππαδόκαις καὶ θεὸς [a] καὶ ὅϱκος καὶ ἄγαλμα, Μαιώτας λίμνη [b], Τάναϊς Μασσαγέταις.

θ'. Ὦ πολλῶν καὶ παντοδάπων ἀγαλμάτων, ὧν

alii vtrique ſimul, ſeorſim vero alii Maeandro, Marſyaeue: ſemora victimae, quae mactatur, in fontes, addito alterius cui mactatur fluuii nomine, porriciuntur; quae a fluuio ad montem deferuntur vsque, vbi ſub aquam demerguntur: nec vnquam fit, vt, quae Maeandro mactata ſunt, Marſyam petant, aut quae Marſyae, Maeandrum; nam ſi vtriusque ſint, diuidunt victimam. Mons Cappadocibus, et Deus, et iusiurandum eſt, et ſtatua; palus Maeotica Maſſagetis Tanaisque.

9. O multas variasque ſtatuas, quarum alias ars excogitavit,

cefferit ὁ μὲν, ὁ Μαίανδϱος. Exemplum vide apud Plutarchum in *Arato* p. 1028. F. M.

z ὑποδύντα τῷ ὕδατι,] Reg. et Harleian. ὑποδύντα [ὧν] τῷ ὕδατι. Lege ὑποδύντα [ἐν] τῷ ὕδατι. Similem vero fabulam de Eurota et Alpheo tradit Strabo lib. VI. p. 422.

a Ὄϱος Καππαδόκαις καὶ θεὸς] Dion Chryſoſtomus Orat. XII. p. 212. Πολλοὶ τῶν βαϱβάϱων πενίᾳ τε καὶ ἀποϱίᾳ τέχνης [ὄϱη] θεȣ̀ς ἐπονομάζȣσι. Sic montem Cogaeonum Deum Getae cenſebant, vt teſtatur Strabo lib. VII. p. 457. Sic Iouem Caſium ſub montis cognominis forma colebant Seleucienſes Pieriae. Vide doctiſſimos viros Ioan. Clericum ad 1 Reg. XX. 23. et Chriſt. Sig. Liabium Goth. Numar. cap. IX. §. 11. 12.

b Μαιώτας λίμνη, Τάναϊς Μασσαγέταις.] Vulgo Μαιῶτις λίμνη καὶ Τάναϊς Μασσαγέταις. Vterque vero codex, vt edidimus: et recte quidem. Dionyſius Perieg. v. 652.

Ἤτοι μὲν λίμνης Μαιώτιδος ἄγχι νέμονται

Αὐτοὶ Μαιῶταί τε καὶ ἔθνεα Σαυϱοματαίων.

Stephanus Byzantinus, Μαιῶται ἔθνος Σκυθικὸν, μέγιστον καὶ πολυάνθϱωπον Ne plures Geographos memorem, vide ſis Aelianum V. H. III. 39. Xenophontem Memor. lib. II. cap. I. 10. Lucanum II. 641. et Theocriti ſcoliaſten ad Idyll. XIII. 56.

Sectio

τὰ μὲν ὑπὸ τέχνης ἐγένετο, τὰ δὲ διὰ χρείαν ἠγαπήθη, τὰ δὲ δι' ὠφέλειαν ἐτιμήθη, τὰ δι' ἔκπληξιν ἐσεβάσθη [c], τὰ δὲ διὰ μέγεθος ἐθειάσθη, τὰ δὲ διὰ κάλλος ἐπῃνέθη. Πλὴν οὐδὲν γένος, οὐ βάρβαρον, οὐχ Ἑλληνικὸν [d], οὐ θαλάττιον, οὐκ ἠπειρωτικὸν, οὐ νομαδικὸν, οὐκ ἀστυπολοῦν, ἀνέχεται τὸ μὴ καταστήσασθαι σύμβολα ἅττα τῆς τῶν θεῶν τιμῆς. Πῶς ἂν οὖν τις διαιτήσαι τὸν λόγον, εἴτε χρὴ ποιεῖσθαι ἀγάλματα θεῶν [e], εἴτε μή; Εἰ μὲν γὰρ ἄλλοις τισὶν ἐνομοθετοῦμεν

vit, alias commendauit vſus, alias vtilitas, alias admiratio colere praecepit, alias Deorum in numerum formae amplitudo retulit, alias pulchritudo ſua euexit! Cum interim nullum ſit genus hominum, vel barbarum, vel Graecum, ſiue ad mare, ſiue in continente viuat, ſiue ſine ſede vagetur, ſiue vrbem incolat; quod non aliqua diuinitatis ſigna conſecrauerit. Quis ergo litem hanc de ſimulacris Deo dicandis decidere audeat? Si enim lex nobis praeſcribenda eſſet aliis

Sectio θ'.

c δι' ἔκπληξιν [ἐθαυμάσθη,] Vulgo ἐσεβάσθη. Sed Reg. et Harleian. lectionem, quam recepimus, exhibent.

Ibid. τὰ δι' ἔκπληξιν ἐσεβάσθη,] Scribe τὰ δὲ δι' etc. vt in praecedenti et ſequenti commate. Pro ἐσεβάσθη edi debuit ἐθαυμάσθη· ita enim voluit *Dauiſius* ex Codicibus. ſed forte oblitus fuerat mutare in exemplari, quod prelo deſtinauerat: prout ab eo aliquoties factum ſuſpicor. Nota vero hanc diuerſitatem Lectionum: vtramque enim opinor ab ipſo Auctore fuiſſe. ſed ἐθαυμάσθη a manu vltima. M.

d οὐ [βάρβαρον,] οὐχ Ἑλληνικὸν] Ita codices. Vulgo βαρβαρικὸν, quod eodem ſane redit. Minus autem verum eſt hoc effatum; nam nec Iudaei, nec ſana Chriſtianorum pars imagines colunt, nec huius inſaniae participes erant Germani, Seres, Brachmanes, aliaeue gentes nonnullae. Vide Tacitum Germ. cap. IX. Origenem in Celſum lib. VII. p. 373. et Bardeſanem apud Euſebium Praep. Euang. VI. 10. Immo τὸ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἦσαν, vt ait Lucianus de Dea Syr. tom. II. p 657. et per CLXX. annos nullae fuerunt Romanis ſacrae ſtatuae, quemadmodum docet Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 359.

e ποιεῖσθαι [ἀγάλματα] θεῶν,] Sic vterque codex, vulgo ἄγαλμα.

ὑπερορίοις ἀνθρώποις, ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς αἰθέρος [f], ἄρτι ἐκ γῆς ἀναφυομένοις, ἢ ὑπό τινος Προμηθέως πλαττομένοις, ἀπείροις βίου καὶ νόμου καὶ λόγου [g], δέοι ἂν ἴσως τοῦ σκέμματος· Πότερα ἐατέον τουτὶ τὸ γένος ἐπὶ τῶν αὐτοφυῶν τούτων ἀγαλμάτων, προσκυνοῦντας οὐκ ἐλέφαντα, οὐδὲ χρυσὸν, οὐδὲ δρῦν, οὐδὲ κέδρον, οὐδὲ ποταμὸν, οὐδὲ ὄρνιθα, ἀλλὰ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ τὴν σελήνην λάμπουσαν, καὶ τὸν οὐρανὸν πεποικιλμένον, καὶ γῆν αὐτὴν, καὶ ἀέρα αὐτὸν, καὶ πῦρ πᾶν, καὶ ὕδωρ πᾶν· ἢ καὶ τούτους καθείρξομεν [h] εἰς ἀνάγκην τιμῆς ξύλων, ἢ λίθων [i], ἢ τύπων; Εἰ δέ ἐστιν οὗτος κοινὸς ἁπάντων νόμος, τὰ κείμενα ἐῶμεν, τὰς φήμας τῶν θεῶν ἀποδεχόμενοι, καὶ φυλάττοντες αὐτῶν τὰ σύμβολα, ὥσπερ καὶ τὰ ὀνόματα.

aliis quibusdam hominibus, qui longe extra fines, quos incolimus, noſtrumque aërem recens e terra emergerent, aut a Prometheo aliquo effingerentur, vitae, rationis, legumque ignari; moueri fortaſſe poſſet haec quaeſtio: Iiſne hominibus ea relinquenda eſſent ſimulacra, ea adoranda, quae natura praeſcripſit; non ebur, non aurum, non quercus, aut cedrus, non fluuius, non auis; ſed ſolis orientis imago, lunaeque ſplendor, ſed picta coeli domus, ipſaque terra et aër ipſe, ignis omnis, omniſque aqua: an contra et hi redigendi eſſent in ordinem, vt lapides, aut ligna, imagineſque ex iis colerent quaſcunque? Quod ſi haec communis omnium lex eſt, nihil antiquemus, nihil de opinione Deorum detrahamus, eorumque inſignia vna cum nominibus ſeruemus.

10. Deus

f ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς αἰθέρος] Forte, ἀέρος· *aether* enim ad corpora coeleſtia pertinet; *aër* ad Nos. vide Diſſ. XVI. 3. XXXIX. 4. et paſſim in hoc opere inuenies hanc diſtinctionem, interdum tamen negligitur. M.

g ἀπείροις βίου καὶ νόμου καὶ λόγου,] Vulgo ἀπείροις βίου καὶ λόγου καὶ νόμου. Nos in conſtituendo verborum ordine Mſs. ſequimur.

h [ἢ] καὶ τούτους καθείρξομεν] Mſs. primam vocem neſciunt. Legendum puto ἢ [εἰ] τούτους καθείρξομεν.

i ξύλων, ἢ λίθων,] Vulgo λίθων, ἢ ξύλων, contra quam iubent codices.

k ὁ πρεσ-

ι'. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς, ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου [k], πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως, ἀνώνυμος νομοθέτης [l], καὶ ἄῤῥητος φωνῇ καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς· οὐκ ἔχοντες δὲ αὐτοῦ λαβεῖν τὴν οὐσίαν, ἐπερειδόμεθα φωναῖς, καὶ ὀνόμασι, καὶ ζώοις καὶ τύποις χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος καὶ ἀργύρου, καὶ φυτοῖς καὶ ποταμοῖς, καὶ κορυφαῖς καὶ νάμασιν [m]· ἐπιθυμοῦντες μὲν αὐτοῦ τῆς νοήσεως [n], ὑπὸ δὲ ἀσθενείας τὰ παρ' ἡμῶν

10. Deus enim omnium, quae extant, pater, conditorque, ſole antiquior, antiquior coelo, omni tempore maior, omni aeuo, et quicquid in natura mutatur, legislator ſine nomine, quem vox nulla exprimit, nulla oculorum intuetur acies; cuius cum ſenſus noſtros excedat eſſentia, auxilium a verbis, a nominibus, animalibusque, ab auri, eboris, argentique figuris, a plantis, fluuiisque, a montium iugis, aquarumque ſcatebris aliquod petamus, vt ad eius hac ratione intellectum peruenire liceat; cum enim tenuitatis noſtrae

k ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου] Articulum non patitur loci ſenſus. *praedicatum* enim eſt πρεσβύτερος, et ante eam vocem intelligitur ἐστὶ. M.

l ἀνώνυμος νομοθέτης,] *Sine nomine legislator.* Frigide et absque vlla venuſtate. ex ſequentibus, ἄῤῥητος φωνῇ, et ἀόρατος ὀφθαλμοῖς, video hic quoque acumen et antitheſin captari. Lego, ἄνομος νομοθέτης, *extra legem legislator*, ſine lege, legi non ſubditus. Heſychius: Ἄνομον, τὸ μὴ ὑποκείμενον νόμῳ. Pariter D. Paulus 1 Cor. IX. 21. μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ. *ſine lege*, Vet. Interpres: cui opponitur ἔννομος, *ſub lege*, legi ſubditus. M.

Sectio ι'.

m κορυφαῖς καὶ [νάμασιν·] Sic Paccii codex, Reg. et Harleian. nec aliter emendauit Leopardus XVII. 2. H. Stephanus ex ſuo Mſs. dedit νώμασιν, quae vox eſt nihili, doctumque illum virum mire cruciauit.

q φωνῆς συνέσει.] Contrarium dicere debuit, *ignorantia linguae*, φωνῆς οὐ συνέσει, *non-intelligentia*, per οὐφὲν, quod Graecis ſcriptoribus ſatis frequens eſt. ſic οὐ-τέχνη, *non-ars* Diſſ. XXIII. 2. οὐκ-ἔθνει, Rom. X. 19. ἐν οὐκ-ἰσχύϊ, Thren. I. 6. οὐχ-ὁδῷ, Pſalm.

τῇ θνητῇ φύσει [r], καὶ ἀπωφελοῦν ὅσα ἀνάγκη δεῖσθαι θεῶν [s] τὸ θνητὸν γένος. Πολλὴ δὲ ἡ δαιμόνων ἀγέλη.

Τρὶς γὰρ μύριοι [t] εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι, Ζηνὸς πρόπολοι.

Οἱ μὲν ἰατροὶ νοσημάτων, οἱ δὲ τῶν ἀπόρων σύμβουλοι, οἱ δὲ τῶν ἀφανῶν ἄγγελοι, οἱ δὲ τέχνης συνεργάται, οἱ δὲ ὁδοῦ συνέμποροι· οἱ μὲν ἀστικοὶ, οἱ δὲ ἀγροικικοὶ, οἱ δὲ θαλάττιοι [u], οἱ δὲ ἠπειρωτικοί· εἴληχε δὲ ἄλλος ἄλλην ἑστίαν σώματος, ὁ μὲν Σωκράτην, ὁ δὲ Πλάτωνα, ὁ δὲ Πυθαγόραν, ὁ δὲ Ζήνωνα, ὁ δὲ Διογένην· ὁ μὲν φοβερὸς, ὁ δὲ φιλάνθρωπος, ὁ δὲ πολιτικὸς [x], ὁ δὲ τακτικός· ὅσαι φύσεις ἀνδρῶν, τοσαῦται καὶ δαιμόνων·

media in natura hominum verſantur, abundeque quicquid humanum deſideret genus, ſolent praeſtare. Magnus eorum eſt numerus:

Ter ſunt mille etenim per terrae vberrima regna,
Gens immortalis, famuli Iouis.

Horum alii morbis medentur, alii in rebus ambiguis conſilium dant, alii occulta nunciant, alii in exercendis auxilio ſunt artibus, alii iterum ſunt comites; rurſus alii vrbani, alii ſunt ruſtici, alii ſunt marini, alii ſunt terreſtres, alius rurſus aliud corpus habitat, hic Socratem, ille Platonem, ille Pythagoram, Zenonem ille, ille Diogenem; hic terribilis, ille hominum amantiſſimus, hic ciuilis, ille militaris; quot denique hominum ſunt ingenia, tot et daemonum ſunt genera:

Namque

Pſalm. CVII. 40. Vocula οὐ omitti potuit ob ſimilitudinem literarum συ quae ſequebantur: quemadmodum ſupra ſect. 5. Ὁμήρῳ οὐ συνεγένοντο. M.

r ἐν μέσῃ [τῇ] θνητῇ φύσει,] Vulgo deeſt articulus, quem nos, volentibus Mſs. addidimus.

s ὅσα ἀνάγκη δεῖσθαι [θεῶν] Sic recte codex vterque, nam vocem θεῶν vulgatae neſciunt.

t Τρὶς γὰρ μύριοι] Heſiodus Op. et Dier. v. 252.

u οἱ [δὲ] θαλάττιοι,] Vulgo οἱ [μὲν] θαλάττιοι, repugnantibus Mſs.

x ὁ [δὲ] πολιτικὸς,] Sic Reg. et Harleian. Nam vulgo legitur ὁ [μὲν] πολιτικός.

y Καὶ

Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας.
Ἐὰν δέ πε μοχθηρὰν δείξῃς ψυχὴν, ἀνέστιος αὕτη καὶ ἀνεπιστάτητος.

Namque Dei ſimiles peregrinis ſaepe colonis,
Quolibet induti percurrunt corpore terras.

At vero ſi animam mihi oſtenderis impiam, ſcias illam neque incolam, neque vitae ſuae habere praeſidem.

ΛΟΓΟΣ ΙΕ′.

Ἔτι περὶ τῦ Σωκράτυς δαιμονίυ [z].

Φερὲ, ἐρώμεθα τὸ δαιμόνιον (φιλάνθρωπον γὰρ, καὶ εἰωθὸς ἀποκρίνεσθαι διὰ σωμάτων ἀνθρωπίνων [a],

DISSERT. XV.

Iterum quis ſit Deus Socratis.

Agedum, quaeramus ex hoc Deo (mire enim amat homines, ſoletque per eorum reſpondere corpora, ſicut per

y Καί τε θεοὶ] Odyſſ. ρ′. 485. Varias autem Deorum peregrinantium fabulas ex hiſtoriis angelorum, quos viris bonis hoſpites fuiſſe ſacrae litterae narrant, ortas eſſe monuit vir doctiſſimus Iohan. Clericus ad Geneſ. XVIII. 1. et in Diſſert. de Euerſ. Sodom. §. VII.

DISSERT. XV. *vulgo* XXVII.

z Ἔτι περὶ τῦ Σωκράτυς δαιμονίυ.] Sic Reg. vulgatae articulum τῦ duplicant. Harleian. autem pro diſſertationis huius lemmate dat, Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτυς. βος. quod et in ſuo codice Paccius inuenit.

Sectio ά.

a ἀποκρίνεσθαι διὰ σωμάτων ἀνθρωπίνων,] Perperam, pro ςομάτων. Athenagoras *Legat.* p. m. 30. πιςεύειν τῷ παρὰ τῦ θεῦ πνεύματι, ὡς ὄργανα κεκινηκότι τὰ τῶν προφητῶν ςόματα. Philo Iudaeus lib. περὶ φυγάδων. p. 352. Λεκτέον δὲ ἤδη καὶ περὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρίςης πηγῆς, ἣν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων διὰ προφητικῶν ἐθέσπισε ςομάτων· ſic et ibi ſcribendum pro σωμάτων. ita Deus loqui dicitur διὰ ςόματος πάντων ἁγίων αὐτῦ προφητῶν, Actor. III. 21. et 18. M.

b ἡ Ἰσμη-

ὡς ἡ Ἰσμηνίȣ τέχνη [b] διὰ τῶν αὐλῶν) ἐρώμεθα δὲ ὡδέ πως, κατὰ τὸν Ὁμήρȣ Ὀδυσσέα [c].

Θεός νύ τοι, ἢ βροτός ἐσσί [d];

Εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ ȣρανὸν εὐρὺν ἔχȣσιν,

ȣ̓δὲν δεῖ λόγων, ἴσμεν γὰρ τὰ σά.

Εἰ δέ τις [e] ἐσσὶ βροτῶν, τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάȣσιν.

ἆρα τοιȣ̃τον χρῆμα, οἷον ὁμοπαθές τε εἶναι ἡμῖν καὶ ὁμόφωνον, καὶ ὁμογενὲς καὶ σύγχρονον· ἢ κατὰ μὲν τὴν δίαιταν [f] ἐφέσιον τῇ γῇ, κατὰ δὲ τὴν ȣ̓σίαν κρεῖττον αὐτῆς; Οὐ γὰρ σάρκες αἱ δαιμόνων φύσεις (ἀποκριτέον γάρ τοι ὑπὲρ αὐτῶν, κελεύȣσι γάρ) ȣ̓δὲ ὀςᾶ ȣ̓, ȣ̓δὲ αἷμα, ȣ̓δὲ ἄλλο τὶ σκεδαςὸν, ἢ λυόμενον, ἢ τηκό-

per tibias Iſmenias) quaeramus autem cum Homerico Vlyſſe hoc modo:

An Deus es, mortali an ſemine natus?

Et:

Nam ſi forte Deus, magno qui viuit Olympo,

nihil reſponſo opus eſt, naturam tuam nouimus.

Sin mage mortalis, quem terra amplectitur alma:

vtrum talis es, vt eisdem, quibus nos affectionibus ſis obnoxius, voce eadem vtaris, ſicut nos naſcaris et intereas; an vero terrena omni maior ſubſtantia, terram ſolummodo incolas? Caue, ex carne, oſſibuſque, et ſanguine daemonum naturam (iubent enim pro ſe vt reſpondeam) aut alio quouis, quod diſtrahi, diſſolui, liqueſcere poſſit, aut diffluere, conſtare

b ἡ Ἰσμηνίȣ τέχνη] Iſmeniam dicit tibicinem Thisbae natum. Vide Euſtathium ad Iliad. Β΄. pag. 203. Huius meminere Diogenes Laertius IV. 22. VII. 125. aliique plures.

c κατὰ τὸν Ὁμήρȣ Ὀδυσσέα] Vulgo κατὰ τὸν [τȣ̃] Ὁμήρȣ Ὀδυσσέα. Nos cum Mſs. Reg. et Harleian. facimus.

d Θεός νύ τοι, ἢ βροτός ἐσσί;] In Homero Odyſſ. Ζ΄. 149. legitur θεός νύ τις, ἢ βροτός ἐσσί; Poſt has autem voces apud Maximum vulgo addunt καὶ, quod nos, ducibus Mſs. omiſimus.

e Εἰ δέ τις] Odyſſ. Ζ΄. 153.

f κατὰ [μὲν] τὴν δίαιταν] Ita codices. Vulgatae mediam vocem praetermittunt.

g ȣ̓ γὰρ σάρκες — ȣ̓δὲ ὀςᾶ,] D. Lucas XXIV. 39. πνεῦμα σάρκα καὶ ὀςέα ȣ̓κ ἔχει. M.

h Ἀλλὰ

μενον, ἢ διαῤῥέον. Ἀλλὰ τὶ μήν; Οὑτωσὶ πρῶτον [b] θεασώμεθα τὸ ἀναγκαῖον τῆς δαιμόνων ȣσίας. Τὸ ἀπαθὲς τῷ ἐμπαθεῖ ἐναντίον, καὶ τὸ θνητὸν τῷ ἀθανάτῳ, καὶ τὸ ἄλογον τῷ λογικῷ, καὶ τὸ ἀναίσθητον τῷ αἰσθητικῷ, καὶ τὸ ἔμψυχον τῷ ἀψύχῳ. Πᾶν τοίνυν τὴν ψυχὴν ἔχον [i] ἐξ ἑκατέροιν συγκεκραμενον [k]. ἢ γὰρ ἀπαθὲς τὸ ἀθάνατον, ἢ ἀθάνατον ἐμπαθὲς [l], ἢ ἐμπαθὲς θνητὸν, ἢ ἄλογον αἰσθητικὸν, ἢ ἔμψυχον ἀπαθές· καὶ διὰ τȣ́των ὁδεύει ἡ Φύσις κατὰ βραχὺ, ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἐπὶ τὰ ἀτιμότατα καταβαίνȣσα ἑξῆς. Ἐὰν δέ τι τȣ́των ἐξέλῃς, διέκοψας τὴν Φύσιν· ὥσπερ ἐν ἁρμονίᾳ Φθόγγων τὴν πρὸς τὰ ἄκρα ὁμολογίαν ἡ μέση ποιεῖ, ἀπὸ γὰρ τȣ̃ ὀξυτάτȣ Φθόγγȣ ἐπὶ

ſtare exiſtimes. Ex quo igitur? Ante omnia neceſſitatem naturae eorum hoc pacto videamus. Pugnat inter ſe primo impatibile et patibile, immortale et mortale, cum rationali irrationale, cum inſenſibili ſenſibile, cum inanimo animatum. Iam omne quod eſt animatum, ex duobus illis eſt conflatum; aut enim impatibile eſt et immortale, aut patibile et immortale, aut patibile et mortale, aut irrationale et ſenſibile, aut impatibile et animatum; atque his quidem gradibus a praeſtantiſſimis ad infima paulatim peruenit natura, ordineque deſcendit. Quod ſi quid ex his omnibus tollas, iam naturam mutilas: ſicut in vocum harmonia fieri videmus, vbi, vt extremae inter ſe conueniant, efficit media; cum enim ea, quae inter acutiſſimum eſt grauiſſimumque tonum, differentia mediis innitatur vocibus, fit vt apte, idoneeque, et, vt ars poſtulat,

b Ἀλλὰ τί μήν; Οὑτωσὶ πρῶτον] Reg. et Harleian. τίς μήν. Legendum ſuſpicor, Ἀλλὰ [τίς] μὴν [ȣ̔τοσί;] Πρῶτον etc. nempe *Daemon.*

Ibid. ἀλλὰ τίς μήν; Οὑτωσὶ etc.] Ita Codices pro τί recte: *qualis igitur?* Οὑτωσὶ quoque bene habet: vt ſect. 3. σκόπει δὴ τὸ πᾶν ȣ̔́τως etc. et ita paſſim. M.

i Πᾶν τοίνυν τὴν ψυχὴν ἔχον] Sic Reg. vulgo πᾶν τοίνυν [τὸ] τὴν ψυχὴν ἔχον.

k ἐξ ἑκατέροιν συγκεκραμένον·] Omiſſa voce prima, codices habent ἑκατέροιν συγκεκρατημένον. Lege ἑκατέροιν συγκεκροτημένον·

l ἀθάνατον ἐμπαθὲς,] Vulgo ἀθάνατον [τὸ] ἐμπαθές. Nos, auctoribus Mſs. vocem mediam ſuſtulimus.

τὸν βαρύτατον ταῖς διὰ μέσου φωναῖς ἐπερειδομένην τὴν μεταβολὴν ἐμμελῆ ποιεῖ καὶ τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ χειρουργίᾳ.

β΄. Τοῦτό τοι νόμιζε [m] γίγνεσθαι καὶ ἐν τῇ φύσει, ὅπερ ἐν ἁρμονίᾳ τελεωτάτη· καὶ τίθεσο θεὸν μὲν κατὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀθάνατον, δαίμονα δὲ κατὰ τὸ ἀθάνατον καὶ ἐμπαθές, ἄνθρωπον δὲ κατὰ τὸ ἐμπαθὲς καὶ θνητόν, θηρίον δὲ κατὰ τὸ ἄλογον καὶ αἰσθητικόν, φυτὸν δὲ κατὰ τὸ ἔμψυχον καὶ ἀπαθές. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἡμῖν, τὸ νῦν ἔχον, κατὰ χώραν ἔςω, ἐπὶ δὲ τῆς δαιμονίων φύσεως περισκοπώμεθα [n], ἣν φαμὲν μεσότητα εἶναι πρὸς ἄνθρωπον καὶ θεόν· ἴδωμεν εἴ πῃ δυνατὸν ἐξελέσθαι αὐτὴν, καὶ διασῶσαι τὰ ἄκρα. Ἆρ᾽ οὖν ὁ θεὸς ἀθάνατον μὲν, ἐμπαθὲς δέ; οὐδαμῶς. ἀλλ᾽ ἀθάνατον μὲν, ἀπαθὲς δέ. Τί δὲ ἄνθρωπος, θνητὸν μὲν, ἀπαθὲς δέ; οὐδὲ τοῦτο· ἀλλὰ θνητὸν μὲν, οὐ μὴν ἀπα-

poſtulat, tam quod ad auditum, quam quod ad motum, qui a manu eſt artificis, procedat illa mutatio.

2. Quod in harmonia ſit perfectiſſima, in natura quoque fieri exiſtima; quare ſingula conſtitue hoc modo: Deum immortalem eſſe et impatibilem, daemonem immortalem eſſe ſed patibilem, hominem mortalem eſſe et patibilem, beſtiam irrationalem ſed ſenſu praeditam, plantam animatam eſſe et patibilem. Et reliqua quidem nunc praetermittemus, nec aliud quam daemonum conſiderabimus naturam, quam medium quid inter Deum hominesque eſſe diximus: ac primum an, ſublata ea, vtrinque poſſint conſiſtere extrema. An igitur Deum immortalem dicemus eſſe, ſed patibilem? minime, verum immortale quid, et quod a paſſione ſit remotum. Iam quid de homine? mortale quid, nec paſſioni obnoxium? ne hoc quidem, ſed mortale, et tamen patibile. Vbi igitur relinquemus

Sectio β΄.

m τοῦτό τοι νόμιζε] Sic Reg. vulgo τοῦτό τοίνυν νόμιζε.

n ἐπὶ δὲ τῆς δαιμονίων φύσεως περισκοπώμεθα,] Reg. περισκοπούμεθα. Locum ſic legendum cenſeo. ἐπεὶ δὲ τῆς δαιμονίων φύσεως περισκοπούμεθα, — ἴδωμεν etc. *Quoniam vero Daemonum naturam conſideramus, — videamus an* etc.

o Πῦ

θές. Πῦ τοίνυν ἡμῖν οἰχήσεται [o] τὸ ἀθάνατον ὁμῦ καὶ ἐμπαθές; δεῖ γὰρ συςῆναι ἐξ ἀμφοῖν ὀσίαν κοινὴν, κρείττονα μὲν ἀνθρώπυ, θεῦ δὲ ἐλάττονα, εἰ μέλλει ἔσεσθαι τῶν ἄκρων πρὸς ἄλληλα ἀναλογία· δύο γὰρ πραγμάτων κεχωρισμένων τῇ φύσει χωρισθήσεται καὶ ἡ ἐπιμιξία παντάπασιν, ἐὰν μή τις κοινὸς ὅρος ἀμφότερα ὑποδέξηται.

γ'. Οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· καλῦμέν τι πῦρ ξηρόν τε καὶ θερμόν· ἐναντίον δὲ θερμῷ μὲν ψυχρὸν, ξηρῷ δὲ ὑγρόν· ἀδύνατον δὲ μεταβάλλειν πῦρ εἰς ὕδωρ, καὶ ὕδωρ εἰς πῦρ· ὔτε γὰρ ψυχρὸν εἰς θερμότητα, ὔτε ὑγρὸν εἰς ξηρότητα [p] μεταβάλλοι ἄν. Οὕτω δὴ τὸν τύτων πόλεμον μετεχειρίσατο ἡ φύσις. Ἔδωκεν αὐτοῖς [q] ὥσπερ ἐκεχειροφόρον τὸν ἀέρα, ὅς λαβὼν παρὰ μὲν τῦ πυρὸς τὴν θερμότητα, παρὰ δὲ τῦ ὕδατος τὴν ὑγρότητα, συνεκέρασεν αὐτῶν καὶ συνῆψε τὰς ὁμιλίας,

quemus illud, quod immortale diximus et patibile? neceſſe eſt enim ex vtroque conſtitui ſubſtantiam, quae vt homine ſuperior, ita inferior ſit Deo, ſi extrema conuenire inter ſe velis; inter duo enim, quae natura ſeparata ſunt, omnis, quae inter vtrumque eſt, ſeparabitur communio, niſi communis aliquis vtrumque jungat terminus.

3. Exempli gratia: ignem dicimus calidum et ſiccum eſſe: pugnat calidum cum frigido, humidum cum ſicco: fieri ergo non poteſt, vt in aquam conuertatur ignis, et in ignem aqua; nec enim frigidum in calidum, nec ſiccum conuertetur in humidum. Hanc pugnam ita conciliare conata eſt natura, ut pro ſequeſtro illis daret aerem, qui accepto ab igne calido, ab aqua humido, coniunxit ea inter ſe et ſociauit; ſitque mutatio

o Πῦ τοίνυν ἡμῖν οἰχήσεται etc.] Ita XXXI. 1: ποῖ ποτε οἰχήσεται φερόμενον τὸ μὴ σοφόν; *quonam abibit?* vbinam collocabitur? M.

Sectio γ'.

p ὑγρὸν εἰς ξηρότητα] Lectionem damus, quam repraeſentant Reg. et Harleian. Vulgo ξηρὸν εἰς ὑγρότητα, quo modo Paccius etiam legit.

q ἡ φύσις, [καὶ] ἔδωκεν αὐτοῖς.] Nos Mſs. Reg. ſequimur.

r προσι-

καὶ γίνεται μεταβολὴ καὶ πρόσβασις, ἀπὸ μὲν τοῦ πυρὸς εἰς ἀέρα κατὰ θερμότητα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀέρος εἰς ὕδωρ κατὰ ὑγρότητα. Πάλιν αὖ ἀὴρ θερμόν τε καὶ ὑγρὸν, γῆ δὲ ψυχρόν τε καὶ ξηρόν· ἐναντίον δὲ ξηρότης μὲν ὑγρότητι, ψυχρότης δὲ θερμότητι· οὐκ ἂν οὖν μετέβαλέ ποτε ἀὴρ εἰς γῆν, ὅτι μὴ τῆς φύσεως καὶ τούτοις δούσης τὴν τοῦ ὕδατος οὐσίαν διαιτῶσάν τε αὐτὰ καὶ ξυνάγουσαν, παρὰ μὲν ἀέρος λαβοῦσαν τὴν ὑγρότητα, παρὰ δὲ γῆς τὴν ψυχρότητα. Σκόπει δὴ τὸ πᾶν οὕτως συγκεφαλαιωσάμενος βραχεῖ λόγῳ· ἐπειδὴ ἕκαστον τούτων ἐκ δύο συνέστηκε φύσεων ἐναντίων, ὧν ἀεὶ τὴν ἑτέραν ἀφαιρῶν μοῖραν, προστιθεὶς τῶν ἔπειτα τῇ ἑτέρᾳ [r], καθ' ἥμισυ μὲν χωρίζεις ἑκατέρου ἑκάτερον, καθ' ἥμισυ δὲ συντάττεις ἑκατέρῳ ἑκάτερον, τοῦτον τὸν τρόπον τὰ ἐναντία ἀλλήλοις ἄμικτα ὄντα κοινωνεῖ ὅμως καὶ ἀνακιρνᾶται, καὶ πῦρ ἀέρι κατὰ θερμότητα, καὶ ἀὴρ ὕδατι κατὰ ὑγρότητα, καὶ ὕδωρ γῇ κατὰ ψυχρότητα, καὶ γῆ πυρὶ κατὰ ξηρότητα· οὕτω κἀνταῦθα κοινωνεῖ

tio et tranſitus ab igne in aerem ipſo calido, ab aere in aquam ipſo humido. Rurſus calidum quid humidumque aer, frigidum et ſiccum eſt terra; pugnat cum humiditate ſiccitas, cum caliditate frigiditas: nunquam ergo nec in terram aer conuerſus eſſet, niſi et illis natura humidum dediſſet, quod vtriusque litem dirimit, vtrumque coniungit, dum humiditatem ab aere, frigiditatem accipit a terra. Iam vt ſummatim omnia tibi breuiter proponam: cum ſingula horum ex contrariis conſtent facultatibus, quarum ſemper alteram ſi demas partem, addasque alteri, partim alterum ſeparas ab altero, partim alterum cum altero coniungis; hoc modo quae pugnabant inter ſe, nec coniungi poterant, communicant tamen et miſcentur, ignis aeri caliditate ſua, aer aquae humiditate ſua, aqua terrae frigiditate ſua, terra igni ſiccitate ſua: ſic in eo, de quo agimus, Deus cum daemone commune habet, quod

r προστιθεὶς [τῶν] ἔπειτα τῇ τῶν. Eum vero ſuppleuere Reg. ἑτέρᾳ] Vulgo deeſt articulus et Harleian.

Sectio

θεὸς μὲν δαίμονι κατὰ τὸ ἀθάνατον, δαίμων δὲ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸ ἐμπαθὲς, ἄνθρωπος δὲ θηρίῳ κατὰ τὸ αἰσθητικὸν, θηρίον δὲ φυτῷ κατὰ τὸ ἔμψυχον.

δ'. Εἰ δὲ βέλει, καὶ τὴν οἰκονομίαν τȣ̃ σώματος θέασαι, ὡς ȣ̓δὲ ἐνταῦθα ἡ φύσις μεταπηδᾷ ἀθρόως, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ μεσοτήτων τινῶν δεῖ πρὸς τὴν χειραγωγίαν τῆς κράσεως τῶν σωμάτων [s]· θρὶξ γάρ πȣ καὶ ὄνυξ ὀςȣ̃ μαλακώτερον, καὶ νεύρȣ ἀραιότερον, καὶ αἵματος ξηρότερον, καὶ σαρκὸς τραχύτερον· συνελόντι δὲ εἰπεῖν, παντὶ χρήματι, ἐν ᾧ τὸ ἡρμοσμένον καὶ τεταγμένον, μεσότητος δεῖ, ἐν φωναῖς, ἐν χυμοῖς, ἐν σώμασιν [t], ἐν ῥυθμοῖς, ἐν σχήμασιν, ἐν πάθεσιν, ἐν λόγοις. Εἶεν· ȣ̓́τω τȣ́των ἐχόντων, εἰ ὁ μὲν θεὸς ἀπαθὴς καὶ ἀθάνατος, ὁ δὲ ἄνθρωπος θνητός τε καὶ ἐμπα-

quod ſit immortalis; daemon cum homine, quod patibilis: homo cum bellua, quod ſenſibilis; beſtia cum planta, quod ſit animata.

4. Si vis, et corporis noſtri diſpoſitionem intuere, videbis ne hic ſtatim tranſilire naturam, verum medio quodam eſſe opus, quo temperiem abſoluat corporum: capillus namque et vnguis oſſe mollior, neruo tenuior, ſanguine ſiccior, carne eſt aſperior; et, vt breuiter dicam, quicquid apte compoſitum ordinatumque eſt, medium requirit, voces, colores, ſucci, corpora, rhythmi, figurae, affectiones, ſermonesque. Eſto: ſi ex his, quae diximus, conſtat et immortalem eſſe Deum et impatibilem, hominem et mortalem et patibilem; ſequi-

Sectio δ'.

s πρὸς τὴν χειραγωγίαν τῆς κράσεως τῶν σωμάτων] Paccius in ſua verſione dat, *Quibus corporum fabricam permiſtionemque contexat.* Vnde fit, vt interpres hicce χειρȣργίαν Heinſio legiſſe videatur. At noſtri ſane Mſs. χειραγωγίαν exhibent, nec ſollicitari debet ea lectio.

t ἐν χυμοῖς, ἐν σώμασιν,] De *corporibus* egerat in praecedenti ſententia: neque alioquin huic loco apta eſt vox σώμασιν. Lego, ἐν χυμοῖς, ἐν ὀσμαῖς, dicam ad Diſſ. XVII. 7. Tranſpoſitae prima et vltima litterae (σομασι pro ὀσμαις) hoc mendum videntur procreaſſe. M.

θῆς, ἀνάγκη τὸ διὰ μέσου τούτων, ἢ ἀπαθὲς θνητὸν εἶναι, ἢ ἀθάνατον ἐμπαθές· ὧν τὸ μὲν ἀδύνατον, οὐ γὰρ ἂν ξυνέλθοι ποτὲ οὐδὲ ὁμολογῆσαι τῷ θνητῷ τὸ ἀπαθές· λείπεται δὴ, τὴν δαιμόνων φύσιν ἐμπαθῆ τε εἶναι καὶ ἀθάνατον, ἵνα τοῦ μὲν ἀθανάτου κοινωνῇ τῷ θεῷ, τοῦ δὲ ἐμπαθοῦς τῷ ἀνθρώπῳ.

έ. Πῶς οὖν καὶ ἐμπαθὲς καὶ ἀθάνατον τὸ δαιμόνιον γένος, ὥρα λέγειν· καὶ πρῶτόν γε περὶ τοῦ ἀθανάτου. Τὸ φθειρόμενον πᾶν ἢ διαλύεται, ἢ τήκεται, ἢ κόπτεται, ἢ ῥήγνυται, ἢ μεταβάλλει καὶ τρέπεται. ἢ διαλύεται, ὡς πηλὸς ὑπὸ ὕδατος· ἢ ῥήγνυται, ὡς ὑπὸ ἀρότρου γῆ· ἢ τήκεται, ὡς ὑπὸ ἡλίου κηρός· ἢ κόπτεται, ὡς ὑπὸ σιδήρου φυτόν· ἢ μεταβάλλει καὶ τρέπεται, ὡς ὕδωρ εἰς ἀέρα, καὶ ἀὴρ ἐς πῦρ. Δεῖ δὴ τὴν οὐσίαν τοῦ δαιμονίου, εἰ μέλλει ἔσεσθαι ἀθάνατος, μὴ διαλύεσθαι, μὴ σκεδάννυσθαι, μὴ τρέπεσθαι, μὴ ῥήγνυσθαι καὶ μεταβάλλειν, μὴ κόπτεσθαι u· εἰ γὰρ πείσεταί τι τούτων,

ſequitur, quod inter duo haec interiectum eſt, aut impatibile et mortale, aut immortale eſſe et patibile; quorum alterum fieri non poteſt, nec enim conuenire queat aut congruere mortale et impatibile: reſtat ergo daemonum naturam et patibilem eſſe et immortalem, vt alterum cum homine, alterum cum Deo habeat commune; cum hoc quod eſt immortalis, cum illis autem quod ſit paſſionibus obnoxia.

5. Reſtat, vt quo pacto ſit patibile genus daemonum, et tamen immortale, oſtendamus: ac primum de immortalitate eius. Quodcunque corrumpitur, aut diſſoluitur, aut liqueſcit, aut ſcinditur, aut frangitur, aut mutatur et conuertitur: aut diſſoluitur, vt lutum ab aqua; aut frangitur, vt ab aratro terra; aut liqueſcit, vt a ſole cera; aut ſcinditur, vt planta a ferro; aut mutatur conuertiturque, vt aqua in aerem, aer in ignem. Requiritur ergo ad naturam daemonis, ſi immortalis ſit, vt nec diſſolui, nec diſſipari, nec conuerti aut mutari, nec frangi poſſit, aut ſcindi; ſi enim horum aliquid ſubeat, quid obſtabit, quo minus immortalis eſſe deſinat?

Quomodo

Sectio ε.

u μὴ διαλύεσθαι, μὴ σκεδάννυσθαι, μὴ τρέπεσθαι, μὴ ῥήγνυσθαι καὶ μεταβάλλειν, μὴ κόπτεσθαι·] Paccius

ἀπολεῖ τὸ ἀθάνατον. Πῶς δ' ἂν καὶ πάθοι [x], εἴπερ ἐστὶ τὸ δαιμόνιον αὐτὸ, ψυχὴ ἀποδυσαμένη τὸ σῶμα; Εἰ γὰρ τῷ σώματι τῷ φύσει φθειρομένῳ παρέχει τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἡνίκ' ἂν αὐτῷ συνῇ· πολλοῦ γε δεῖ φθαρῆναι αὐτήν. Ἐν γοῦν τῇ συστάσει τὸ μὲν σῶμα συνέχεται, ἡ δὲ ψυχὴ συνέχει. Εἰ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἕτερόν τι συνέχει, ἀλλὰ μὴ αὐτὴ αὑτὴν· τί τοῦτό ἐστι, καὶ τίς ἂν ἐπινοήσαι ψυχὴν ψυχῆς; Ὅταν γὰρ ἕτερον ὑφ' ἑτέρου [y] σώζηται συνεχόμενον, ἀνάγκη που παύσασθαι τὴν συνοχὴν ἐπὶ πρᾶγμα προελθοῦσαν συνέχον μὲν ἄλλο, συνεχόμενον δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ· εἰ δὲ μὴ, ποῖ στήσεται ὁ λογι-

Quomodo autem mori poſſit, cum anima, quae corpus ſemel exuit, ſit daemon? Quod ſi anima corpus, quod natura ſua corrumpitur, a corruptione tutum praeſtat, quamdiu ſimul viuunt; abſit, vt corrumpi poſſit ipſa. In vtriusque autem ſocietate continetur corpus, continet anima. Quod ſi aliud animam continet, non ſe ipſa; quid hoc erit, aut quis animam excogitabit animae? Quoties enim alterum ita continetur ab altero, vt ſimul conſeruetur; neceſſe eſt hanc, vt ita dicam, deſinere continentiam, cum ad illud peruentum eſt, quod aliud continet, a ſe vero ipſo continetur: quod niſi fiat, vbi ratiocinatio tandem deſinet, quae in infinitum procedet?

Propone

Paccius vertit, *neque diſſolui, neque diuelli, neque ſcindi, neque etiam poſſe transmutari*; adeo vt voces μὴ ῥήγνυσθαι ab eius Mſs. videantur abfuiſſe: neque tum demum male procedet oratio. Alioqui cum Heinſio legas oportet μὴ ῥήγνυσθαι, μὴ τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν, haec enim verba noſter in ſuperioribus coniunxit.

x Πῶς δ' ἂν καὶ πάθοι,] Heinſius reponit πῶς ἂν καὶ [θάνοι,] et hanc emendationem plane neceſſariam cenſet, quod tota hac diſſertatione noſter id agit, vt ἐμπαθὲς εἶναι τὸ δαιμόνιον probet. Deſerenda vero non eſt codicum ſcriptura: non enim de paſſionibus, quales ſunt amor et ira, loquitur Maximus; verum de proprietatibus, quae faciunt vt res diſſolui, liquefieri, ſcindi, frangi, vel mutari poſſint. Hae quidem adfectiones in animas corpore liberas, pro Platonicorum mente, non cadunt; has enim immateriales et immortales eſſe ſtatuunt. Vide ſis Alcinoum cap. XXV.

y ἕτερον ὑφ' ἑτέρου] Ita codices, non ἄτερον, vt vulgo.

x χρῆμα

σμὸς προϊὼν εἰς ἄπειρον; Οἷον εἰ ξυνίη τις ὁλκάδα ἐν κλύδωνι ἐκ πέτρας ποθὲν καθωρμισμένην διὰ πολλῶν καλῶν, ὧν ἕτερον ἐξ ἑτέρου συνεχόμενον τῇ ξυνδέσει τελευτᾷ ἐπὶ τὴν πέτραν, χρῆμα ἑςὸς [z] καὶ ἑδραῖον.

ς΄. Τοιοῦτον ἡ ψυχή· σῶμα ἐν σάλῳ ἀεὶ καὶ κλύδωνι νηχόμενον καὶ κραδαινόμενον καὶ σειόμενον συνέχει αὐτὴ, καὶ καθορμίζει, καὶ ἵστησιν· ἐπειδὰν δὲ ἀποκάμῃ τὰ νεῦρα ταυτὶ, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὥσπερ καλώδια [a], ἐξ ὧν τέως προσώρμιστο τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, τὸ μὲν ἐφθάρη καὶ κατὰ βυθοῦ ᾤχετο, αὐτὴ δὲ ἐφ' ἑαυτῆς ἐκνηξαμένη συνέχει τε αὐτὴν καὶ ἵδρυται. Καὶ καλεῖται ἡ τοιαύτη ψυχὴ δαίμων ἤδη [b], θρέμμα αἰθέ-

Propone tibi, exempli gratia, nauem, quae mediis quidem in fluctibus verſetur; ſic tamen, vt plurimis rudentibus petrae cuidam ſit adſtricta, quorum alter alteri annexus, in petra ipſa, quae firma eſt et immobilis, affixus deſinit.

6. Eo modo corpus, quod medio in aeſtu maris fluctibusque deprehenſum iactatur aſſidue impelliturque, continet anima, anima in tutum recipit, ſiſtitque: ſimul vero ac nerui hi, ſpiritusque, et reliqua, quae tanquam retinacula ſunt, quibus tam diu animae adhaeſit corpus, deficere incipiunt, perit illud, mergiturque; illa contra ſua ſponte enatat, ſe ipſa continet, firmaque manet. Talis anima tum demum daemon vocari incipit, res videlicet coeleſtis in hanc coloniam e terra tranſcripta

z χρῆμα ἑςὸς] Ex Mſs. vulgo ἑςὼς.

a τὰ ὥσπερ καλώδια] Senſum ſumpſit ex Platonis *Timaeo*, prout laudatur a Longino περὶ ὕψ. ſect. XXXII. M.

Sectio ς΄.

b καλεῖται ἡ τοιαύτη ψυχὴ, δαίμων ἤδη,] Haec fuit antiquiſſimorum temporum ſententia. Heſiodus Op. et Dier. v. 121.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν [δαίμονες] εἰσὶ Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

Quin et Plato in Cratylo p. 263. poſtquam verſus hoſce nonnihil immutatos laudauerat, ſubiicit, Λέγει οὖν καλῶς καὶ οὗτος (Heſiodus) καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοὶ, ὅσοι λέγουσιν, ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει, καὶ γίνεται [δαίμων.] Quod ſacris etiam literis eſt conſentaneum, quae bonos viros poſt mortem ὡς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ et ἰσαγγέλους fore teſtantur. Vide Tobiae Pſanneri Theol. Gentil. cap. XXI. §. 26.

c Ἐν

ριον, μετοικισθὲν ἐκ γῆς ἐκεῖ· ὥσπερ ἐκ βαρβάρων εἰς Ἕλληνας, καὶ ἐξ ἀνόμου καὶ τυραννουμένης καὶ στασιωτικῆς πόλεως εἰς εὐνομουμένην καὶ βασιλευομένην καὶ εἰρηνικὴν πόλιν. Ἐγγύτατα γάρ μοι δοκεῖ ἔχειν τὸ γιγνόμενον Ὁμηρικῇ εἰκόνι. Οἷον φησὶν ἐκεῖνος χαλκεῦσαι τὸν Ἥφαιστον ἐπὶ χρυσῆς ἀσπίδος πόλεις δύο.

Ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι [c] τ' ἔσαν, εἰλαπίναι τε,

καὶ χοροὶ, καὶ παιᾶνες, καὶ δᾳδουχίαι· ἐν δὲ τῇ πόλεμοι, καὶ στάσεις, καὶ ἁρπαγαὶ, καὶ μάχαι, καὶ ὀλολυγαὶ, καὶ οἰμωγαὶ, καὶ στόνοι. Τοῦτο δύναται καὶ γῆ πρὸς αἰθέρα· ὁ μὲν γὰρ, εἰρηναῖόν τι χρῆμα, καὶ παιάνων μεστὸν, καὶ θείων χορῶν· ἡ δὲ πολυφωνίας, καὶ πολυεργίας, ταὶ διαφωνίας. Ἐπειδὰν γὰρ ἀπαλλαγῇ ψυχὴ ἐνδένθε ἐκεῖσε, ἀποδυσαμένη τὸ σῶμα, καὶ καταλιποῦσα αὐτὸ τῇ γῇ φθαρησόμενον, τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ νόμῳ [d]

tranſcripta; vt ſi quis e barbaris ad Graecos, aut ex vrbe, quae ſine legibus ſuis ex praeſcripto tyranni viuit, aſſiduisque agitatur factionibus, in aliam, quae aequis legibus, iuſto rege, tranquilla pace fruitur, transferatur. Haud longe mihi abire ab Homerica imagine haec res videtur. Vulcanum fingit aureo in clypeo duas ſculpſiſſe vrbes; in quarum altera ſunt

conuiuia, feſtus et Hymen,

et tripudia, et cantus, taedarumque magna copia; in altera vero bella, contentiones, rapinae, pugnae, vlulatus, luctusque audiuntur, et gemitus. Hoc inter terram intereſt ac coelum: ibi enim longa ac profunda pax eſt, cantuque, ac diuinis choreis plena ſunt omnia; hic vario diſſonoque ſtrepitu, infinitis negotiis diſſenſionibusque omnia miſcentur. Cum ergo ex his locis eo ſe contulerit anima, corpusque ſuum exuerit, ac terrae corrumpendum reliquerit, eodem tempore ac lege

c Ἐν τῇ μὲν ῥα γάμοι] Iliad. Σ'. 491.

d τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ νόμῳ] Cod. *Reg.* (monente Cl. *Dauiſio* in priore editione; nam in hac, omnino ſilet) pro αὐτῷ habet αὐτοῦ. quae eſt indubitata Maximi ſcriptura: *ſuo tempore et lege:* id eſt, ſecundum *tempus* ſibi a Deo praeſcriptum et *leges* a Deo aſſignatas. Sic Diſſ. XLI. 4. τῶν μὲν σωμάτων τῷ αὐτῶν (non αὐτῶν)

δαίμων ἀντ' ἀνθρώπου, ἐποπτεύει μὲν αὐτὴ τὰ οἰκεῖα θεάματα καθαροῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς, μήτε ὑπὸ σαρκῶν ἐπιπροσθουμένη, μήτε ὑπὸ χρωμάτων ἐπιταραττομένη [e], μήτε ὑπὸ σχημάτων παντοδαπῶν συγχεομένη, μήτε ὑπὸ ἀέρος θολεροῦ διατειχιζομένη, ἀλλὰ αὐτὸ κάλλος αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶσα, καὶ γαννυμένη· οἰκτείρουσα μὲν αὐτὴν τοῦ πρόσθεν βίου, μακαρίζουσα δὲ τοῦ παρόντος· οἰκτείρουσα δὲ καὶ τὰς συγγενεῖς ψυχὰς, αἳ περὶ γῆν στρέφονται ἔτι, καὶ ὑπὸ φιλανθρωπίας ἐθέλουσα αὐταῖς συναγελάζεσθαι, καὶ ἐπανορθοῦν σφαλλομένας. Προστέτακται δὲ αὐτῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιφοιτᾶν τῇ γῇ, καὶ ἀναμίγνυσθαι [f] πάσῃ μὲν ἀνδρῶν φύσει, πάσῃ δὲ ἀνθρώπων τύχῃ καὶ γνώμῃ καὶ τέχνῃ· καὶ τοῖς

lege daemon fit ex homine, puriſque oculis ſpectacula intuetur ſua, nulla corporis obducta caligine, nulla figurarum diuerſitate turbata, nulla aeris denſitate intercluſa; ſed ita, vt ipſum pulchrum oculis intueatur ſuis, plenoque perfruatur gaudio: hic de vita praeterita cum cogitat, vicem dolet ſuam; cum de praeſenti, gaudet et gratulatur ſibi: deplorat et cognatas animas, quae adhuc in terris voluuntur; velletque, quo eſt erga homines amore, verſari cum illis, labanteſque fulcire. Munus hoc illis interea a Deo impoſitum eſt, vt cuicunque hominum generi, cuicunque fortunae, animo, atque

αὐτῶν) νόμῳ καὶ χρόνῳ φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον καὶ βίον ἀνακαλουμένης. D. Paulus 2. Theſſal. II. 6. εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. et ita Lucas I, 20. et alibi in Euangeliis, et Pſalm I. 3. M.

e μήτε ὑπὸ χρωμάτων ἐπιταραττομένη,] Vulgo σωμάτων. Sed Mſs. Regio credidimus; is enim lectionem, quam damus, exhibet.

Ibid. ὑπὸ χρωμάτων ἐπιταραττομένη,] Vulgo legitur σωμάτων pro quo conieceram νοσημάτων, vt Diſſ. XVI. 9. ἐλευθέρα μὲν γενομένη (ἡ ψυχὴ) σαρκῶν, —— ἐλευθέρα νόσων. Sed cum Cod. *Reg.* habeat χρωμάτων nihil vltra dubitandum; praeſertim cum voces χρωμάτων et σχημάτων tam ſaepe coniungantur tum Noſtro, tum Platoni, et caeteris Graecis ſcriptoribus. M.

f καὶ ἀναμίγνυσθαι] Sic Reg. vulgo καὶ συναναμίγνυσθαι.

Sectio

μὲν χρηςοῖς συνεπιλαμβάνειν, τοῖς δὲ ἀδικȣμένοις τιμωρεῖν, τοῖς δὲ ἀδικȣ͂σι προσιθέναι τὴν δίκην.

ζ'. Ἀλλ' ȣ̓χὶ δαιμόνων πᾶς πάντα δρᾷ, ἀλλ' αὐτοῖς διακέκριται κἀκεῖ τὰ ἔργα, ἄλλο ἄλλῳ. Καὶ τȣ͂τό ἐςιν ἀμέλει τὸ ἐμπαθὲς, ᾧ ἐλαττȣ͂ται δαίμων θεȣ͂. Ὡς γὰρ εἶχον φύσεως [g], ὅτε περὶ γῆν ἦσαν, ȣ̓κ ἐθέλȣσι ταύτης παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι· ἀλλὰ καὶ Ἀσκληπιὸς ἰᾶται νῦν, καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἰσχυρίζεται, καὶ Διόνυσος βακχεύει, καὶ Ἀμφίλοχος μαντεύεται, καὶ οἱ Διόσκȣροι ναυτίλλονται [h], καὶ Μίνως δικάζει, καὶ Ἀχιλλεὺς ὁπλίζεται. Ἀχιλλεὺς νῆσον οἰκεῖ [i] εὐθὺ Ἴςρȣ

atque arti aſſiſtant: hac lege, vt bonis auxilium ferant; qui iniuria afficiuntur, ab ea vindicent; qui inſerunt; puniant.

7. Ita tamen, vt non omnis daemon agat omnia, ſed et ibi ſingulis ſingula diſtincta ſunt miniſteria, aliud alii. Et hoc eſt, cur daemonum genus patibile dicamus eſſe, quo quidem vni Deo concedit. Id enim, cui ſinguli, cum adhuc in terris verſarentur, maxime addicti fuerunt, ne hic quidem plane omittunt: etiam nunc medicinam exercet Aeſculapius, robur Hercules, bacchatur Bacchus, diuinat Amphilochus, nauigant Caſtores, iudicat Minos, Achilles armatur. Et Achilles

Sectio ζ'.

g Ὡς γὰρ εἶχον φύσεως,] Animas a corporibus disiunctas priſtinum ſtadium non mutare veterum fuit opinio. Hinc Virgilius Aen. VI. 485. deſcribit Idaeum, Priami aurigam,

etiam currus, etiam arma tenentem.

Et v. 653.

Quae gratia currûm
Armorumque fuit viuis, quae cura nitentis
Paſcere equos; eadem ſequitur tellure repoſtos.

Vide Platonem in Gorgia p. 313.

h καὶ [οἱ] Διόσκȣροι ναυτίλλονται] Sic Reg. et Harleian. vulgo deeſt vox ſecunda.

i Ἀχιλλεὺς νῆσον οἰκεῖ] Achillea, ſiue Leuce, dicitur haec inſula. Thetis Peleum ſic alloquitur in Euripidis Andromache v. 1260.

Τὸν φίλτατόν σοι παῖδ' ἐμοί τ' Ἀχιλλέα
Ὄψει δόμȣς ναίοντα νησιωτικȣ̀ς,
[Λευκὴν] ἐπ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνȣ πόρȣ

Dionyſius Perieg. v. 545.

κατὰ τὴν Ποντικὴν θάλατλαν, Ἀχιλλέως ναὸς, καὶ βωμοὶ Ἀχιλλέως· καὶ ἑκὼν μὲν οὐκ ἄν τις προσέλθῃ, ὅτι μὴ θύσων· θύσας δὲ ἐπιβαίνει τῆς νεώς [k]. Εἶδον ἤδη ναῦται πολλάκις ἄνδρα ἠΐθεον, ξανθὸν τὴν κόμην, πηδῶντα ἐν ὅπλοις· τὰ ὅπλα χρυσᾶ· οἱ δὲ εἶδον μὲν οὐδαμῶς, ἤκουσαν δὲ παιανίζοντος· οἱ δὲ καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσαν. Ἤδη δέ τις καὶ κατέδαρθεν ἄκων ἐν τῇ νήσῳ, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλεὺς ἀνίστησι, καὶ ἐπὶ σκηνὴν ἄγει, καὶ εὐωχεῖ· ὁ Πάτροκλος ᾠνοχόει, Ἀχιλλεὺς ἐκιθάριζεν [l],

Achilles quidem inſulam circa mare Ponticum contra Iſtrum incolit: templum ibi Achillis et arae ſunt: nec facile quisquam eo, niſi re prius diuina facta, acceſſerit; ea rite peracta, inſulam conſcendit. Viderunt ſaepenumero nautae iuvenem flaua inſignem coma, aureisque armis tripudium ſaltantem militare: alii ipſum quidem non viderunt, ſed cantantem tantum ad arma audiuerunt; alii rurſus et viderunt, et audiuerunt ſimul. Factum eſt, vt et inſcius aliquis in inſula obdormierit, quem Achilles excitauit, in tentorium deduxit, epulo excepit: vinum Patroclus fundebat, citharam pulſabat Achilles

Κεῖθι δ' Ἀχιλλῆός τε καὶ Ἡρώων φάτις ἄλλων
Ψυχὰς εἱλίσσεσθαι ἐρημαίας ἀνὰ βήσσας.

Si fabulas iis ſimiles, quas refert Maximus, legere cupias vide cum primis Arrianum in Periplo Ponti Euxini pag. 21, 22, 23.

k θύσας δὲ, ἐπιβαίνει τῆς [νεώς.] Vulgo τῆς νήσου. Sed optima videtur illa lectio, quam codici Regio debemus. Nam qui ſunt in inſulam Leucen delati, *viſis antiquitatis veſtigiis, temploque et donariis Achilli conſecratis, veſperi repetunt* naues: *aiunt enim non ſine diſcrimine vitae illic quemquam pernoctare.* Verba ſunt Ammiani Marcellini XXII. 8. p. 343.

Ibid. καὶ ἑκὼν μὲν οὐκ ἄν τις προσέλθῃ, ὅτι μὴ θύσων. θύσας δὲ etc.] Ita diſtinguendum: et vertendum *neque ſponte ſua quisquam eo acceſſerit, niſi rem diuinam facturus: poſtquam autem fecerit*, etc. Rurſus, ad finem, diſtingue, ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ εἶδον καὶ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ' ὕπαρ. prout ex Cod. *Harl.* monuit *Dauiſius*. M.

l ὁ Πάτροκλος ᾠνοχόει, Ἀχιλλεὺς ἐκιθάριζεν,] Ita viui facere ſolebant, vnde natum figmentum. Vide Homerum. Iliad Ι. 186, 202.

m Διοσκου-

παρεῖναι δὲ ἔφη καὶ τὴν Θέτιν, καὶ ἄλλων δαιμόνων χορόν. Ὁ δὲ Ἕκτωρ κατὰ χώραν μένει, ὡς ὁ Ἰλίεων λόγος, καὶ φαντάζεται πηδῶν ἀνὰ τὸ πεδίον, καὶ ἀστράπτων. Ἐγὼ δὲ τὸν μὲν Ἀχιλλέα οὐκ εἶδον, οὐδὲ τὸν Ἕκτορα· εἶδον δὲ καὶ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς [m], ἀστέρας λαμπροὺς, ἰθύνοντας τὴν ναῦν χειμαζομένην· εἶδον καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν, ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ· εἶδον καὶ τὸν Ἡρακλέα [n], ἀλλ' ὕπαρ.

Achilles; etiam Thetin adfuiſſe aiebat, aliosque Deos. Hector vero, prout Ilienſes tradunt, terram incolit ſuam; qui ſaepenumero per campum ſaltare, armisque fulgurare viſus eſt. Ego, quod ad me attinet, nec Achillem vidi, nec Hectorem: vidi autem in ſumma nauis parte Caſtores, ſtellas ſcilicet lucidas, quae nauem in tempeſtate dirigebant; vidi et Aeſculapium, ſed non in ſomnis; vidi et Herculem, ſed vigilans.

DISSERT.

m Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς] Seneca Nat. Quaeſt. lib. I. cap. I. pag. 633. *In magna tempeſtate apparent quaſi ſtellae velo inſidentes. Adiuvari ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis et Caſtoris numine.* Arrianus Periplo Ponti Euxini pag. 23. Οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται. Vide Plinium H. N. lib. II. §. 37. et Lambinum ad Horatii lib. I. Od. XII. 29.

n ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ· εἶδον καὶ τὸν Ἡρακλέα,] Vulgo diſtinguunt ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ εἶδον· καὶ τὸν Ἡρακλέα. Nos interpunctionem concinniorem, duce Mſs. Harleiano, dedimus.

ΛΟΓΟΣ ΙϚΤʹ.

Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις o.

Ἀφίκετό ποτε Ἀθήναζε Κρὴς ἀνὴρ p, ὄνομα Ἐπιμενίδης, κομίζων λόγον, οὑτωσὶ ῥηθέντα q, πιστεύεσθαι χαλεπόν· Ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ κείμενος

DISSERTAT. XVI.

Vtrum diſciplinae ſint reminiſcentiae.

Cretenſis quidam Athenas olim venit, Epimenides nomine, qui Athenienſi populo mira quaedam, nec admodum creditu facilia, adferebat: *S*e, cum aliquando clara luce in Dictaei

DISSERT. XVI. *vulgo* XXVIII.

o Ἐι αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις.] Diſciplinas eſſe reminiſcentias ſtatuit Plato, quem fuſe redarguunt Tertullianus de Anima cap. XXIV. et Arnobius lib. II. pag. 75, ſeqq. Quo modo tamen factum, vt in hanc ſententiam delaberetur, Tullii verbis, licet paullo prolixioribus, exponam. *Animus habet*, inquit ille, Tuſc. I. 24. *primum memoriam, et eam infinitam, rerum innumerabilium; quam quidem Plato recordationem eſſe vult ſuperioris vitae. Nam in illo libro, qui inſcribitur* Menon, *puſionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimenſione quadrati. Ad ea ſic ille reſpondet, ut puer; et tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens eodem perueniat, quo ſi geometrica didiciſſet. Ex quo effici vult Socrates, vt diſcere nihil aliud ſit, niſi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo ſermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit e vita: docet enim quemuis, qui omnium rerum rudis eſſe videatur, bene interroganti reſpondentem declarare, ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere* etc. Ex hac ratiocinatione colligebat εἶναί που ἡμῶν τὴν ψυχὴν, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι, adeoque ſempiternum fuiſſe. Vide Phaedonem §. 16. 17. 18. et Menonem pag. 18. 19,

Sectio ά.

p Ἀθήναζε Κρὴς ἀνὴρ,] Hunc ordinem verborum dant Reg. et Harl. vulgo ἀνὴρ Κρὴς Ἀθήναζε.

q λόγον, οὑτωσὶ ῥηθέντα,] Οὑτωσὶ ponitur pro *nude*, ſine vlla probatione vel examine, negligenter, obiter. ſic XXVIII. 2. τῷ οὑτωσὶ ἀκούσαντι, *ſimpliciter audienti.* XXXVIII. 4. οὑτωσὶ φαύλως ὑπεῖπας· vbi ſingula ſunt Diminutiua. Ariſtides *Panath.* p. 161. ed. *Iebb.* ἔξωθεν οὑτωσὶ σκοπῶν. vide et eundem p. 93. et Pla-

ὕπνῳ βαθεῖ ἔτη συχνά [r], ὄναρ ἔφη ἐντυχεῖν αὐτὸς θεοῖς καὶ θεῶν λόγοις, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δίκῃ [s].

Dictaei Iouis antrum ſeceſſiſſet, multos ibi annos alto ſopore oppreſſum fuiſſe, Deosque in ſomnis vocesque eorum uſurpaſſe,

et Platonem de *Repub.* lib. VII. vbi quaerenti Socrati, ἀλλὰ γὰρ τί ἔχεις etc. reſpondet Glauco, οὐκ ἔχω γ', ἔφη, νῦν γ' οὑτωσί. in praeſens, ex tempore, ſine conſideratione. Vide et Iul. Pollucem Praefat. lib. IX. M.

r Ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ κείμενος ὕπνῳ βαθεῖ ἔτη συχνά,] Vulgo ἡμέρας ἐν Δικταίου Διὸς τῷ ἄντρῳ κείμενος, vnde Dan. Heinſius ſcribebat ἠρέμα ἐν Δικταίου Διὸς etc. Codices autem ſic plane dant, vt edidi. Epimenidis vero ſomnum memorant plurimi. Scholiaſtes ad Luciani Timonem p. 3. τὸν Ἐπιμενίδην λέγουσι ξ' ἔτη ὑπνῶσαι. Suidas in Ἐπιμενίδης· Οὗτος ἔζησεν ρν' ἔτη, τὰ δὲ [ἓξ] ἐκαθεύδησεν: quae verba deſcripſit Apoſtolius Cent. VIII. 84. ſed reponendum, τὰ δὲ ξ' ἐκαθεύδησεν. Inter auctores tamen de annorum numero non conuenit, vt patet ex iis, quae collegere Iohan. Meurſius ad Apollonii Dyſcoli cap. I. et Aeg. Menagius ad Laertii I. 109.

Ibid. Ἐν τοῦ Διὸς etc.] Vulgatae Editt. praeponunt vocem ἡμέρας, quam in hac omiſſam video, cum eam non agnoſcant Mſs. Fieri poteſt vt in aliis Codicibus, et ex Prima Ἐκδόσει, fuerit μέσης ἡμέρας ἐν τοῦ Διὸς etc. ecce enim Diog. Laertius ſcribit de Epimenide: οὗτός ποτε πεμφθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, τῆς ὁδοῦ ΚΑΤΑ ΜΕΣΗΜΒΡΙΑΝ ἐκκλίνας, ὑπ' ἄντρῳ τινὶ κατεκοιμήθη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη· Non adeo vero vſitatus ordo Verborum, ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ, pro, ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου ἄντρῳ· tametſi idem ordo iterum occurrit XXXVII. 1. Caeterum hoc Epimenidis vaniloquium et mendacitatem tetigit forte D. Paulus Epiſt. ad Tit. I. 12. ἴδιος αὐτῶν προφήτης, *proprius Cretenſium* mendacium *propheta*: vtpote ipſe *mendaciſſimus*. ob quam rationem, poſt adductum ex illo verſum, addit, αὕτη ἡ μαρτυρία ἐστὶν ἀληθής· quaſi dixiſſet, licet in caeteris vaniſſimus ſit et futiliſſimus Epimenides, tamen *teſtimonium hoc* de Cretenſibus *verum eſt*. M.

s θεοῖς καὶ θεῶν λόγοις, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δίκῃ.] Melius putarem θεῶν ἐγγόνοις. ita infra ſect. 9. θεοῖς καὶ θεῶν ΠΑΙΣΙ συγγιγνομένη. Diſſ. XIX. ὧν τὸν μὲν νέμονται θεοὶ καὶ θεῶν ΠΑΙΔΕΣ. et alibi eodem modo. Caeterum Ἀληθείᾳ et Δίκῃ pro *Perſonis*, opinor, ſumendae ſunt: quemadmodum haec Actor. XXVIII. 4. ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ Δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. ἡ Δίκη, *Nemeſis*, (loquuntur enim Ethnici) Vindicta

τοιαῦτα ἄττα διαμυθολογῶν ᾐνίττετο, οἶμαι, ὁ Ἐπιμενίδης, ὡς ἄρα ὁ ἐν γῇ βίος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὀνείρατι ἔοικε μακρῷ καὶ πολυετεῖ. Πιθανώτερος δ' ἂν ἦν καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη προστιθεὶς τῷ αὐτοῦ λόγῳ, ἃ περὶ ὀνείρων ἐκεῖνος. Λέγει γάρ που Ὅμηρος δύο εἶναι πύλας [t] ἀμενηνῶν ὀνείρων, τὴν μὲν ἐξ ἐλέφαντος, τὴν δὲ ἐκ κεράτων· τοὺς μὲν οὖν διὰ κεράτων [u] ἰόντας ἀτρεκεῖς τε εἶναι, καὶ πιθανοὺς πιστεύεσθαι· τοὺς δὲ ἑτέρους σφαλεροὺς, καὶ ἀπατεῶνας, καὶ μηδὲν ὕπαρ ἐπὶ τὴν ψυχὴν φέροντας. Ταύτῃ τοι ἔτεινε καὶ ὁ Ἐπιμενίδου εἴτε μῦθος, εἴτε καὶ ἀληθὴς λόγος. Ἐνύπνιον γάρ τι ἐστὶν ἀτεχνῶς οὑτοσὶ ὁ δεῦρο βίος, καθ' ὃν ἡ ψυχὴ κατορωρυγμένη ἐν σώματι ὑπὸ κόρου καὶ πλησμονῆς μόλις πως ὀνειρώττει τὰ ὄντα, ἔρχονται δὲ ταῖς μὲν τῶν πολλῶν ψυχαῖς ὄνειροι δι' ἐλεφαντίνων πυλῶν· εἰ δέ που τίς ἐστι

paſſe, atque ita veritati litaſſe et iuſtitiae. Qua fabula nihil aliud videtur mihi indicare voluiſſe Epimenides, quam vitam hanc animae humanae reſpectu nihil aliud quam longum, multorumque annorum, eſſe ſomnium: quod tamen perſuaſiſſet facilius, ſi Homeri verſus, ubi de ſomniis poeta agit, adiunxiſſet. Vult enim ille alibi, duas eſſe ſomniorum (nam ita vocat) caducorum portas, alteram eburneam, corneam alteram: iam ſomnia illa quae per corneam tranſeunt, vera eſſe, et fide digna; altera contra inania, et fallacia, nihilque, quod vigilanti in mentem venire poſſit, animo offerre. Eodem pertinebat Epimenidis ſiue fabula, ſiue vera hiſtoria. Somnium enim reuera haec vita noſtra eſt, quo in corpore hoc defoſſus ille animus ſatietate nimia et crapula vix vnquam de veritate rerum ſomniat, et haec ipſa, quae videt, per eburneam plerisque portam adue-

dicta diuina, quam πάρεδρον τοῦ Θεοῦ vocat Philo lib. de *Ioſepbo*, p. 362. Sic et Ἁμαρτία et Δικαιοσύνη ſaepe in cap. ſexto Epiſt. ad Romanos, et Θάνατος cap. V. 14. Paullo inferius, in hac ſectione, poſt τὰ ὄντα pone plenam diſtinctionem. M.

t δύο εἶναι πύλας] Odyſſ. τ'. 562.

u διὰ κεράτων] Sic Reg. vulgo διὰ [τῶν] κεράτων.

Sectio

καθαρὰ ψυχὴ καὶ νηφάλιος, καὶ ὀλίγα ὑπὸ τῦ δεῦρο κόρυ καὶ τῆς πλησμονῆς ἐπιταραττομένη, εἰκός πυ ταύτη δί᾽ ἑτέρων ἰόντα ἀπαντᾷν ὀνείρατα σαφῆ, καὶ διακεκριμένα, καὶ ἐγγύτατα τῷ ἀληθεῖ. Οὗτος ἦν ὁ Ἐπιμενίδυ ὕπνος.

β΄. Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησιν [x] ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ μὲν σῶμα τεθνήξεται, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπτᾶσα οἰχήσεται ἀθανὴς καὶ ἀγήρως· καὶ γὰρ εἶναι αὐτὴν, πρὶν ἥκειν δεῦρο. Ἐπίστευον δὲ αὐτῷ οἱ ἄνθρωποι ταῦτα λέγοντι, καὶ ὅτι ἤδη πρότερον γένοιτο [y] ἐν γῇ ἐν ἄλλῳ σώματι, Εὔφορβος δὲ εἶναι ὁ Τρῶς τότε. Ἐπίστευον δὲ ὧδε· Ἀφίκετο εἰς Ἀθηνᾶς νεὼν [z], ὗ πολλὰ μὲν ἦν καὶ παντοδαπὰ ἀναθήματα,

aduenîũnt; cum contra, ſi pura alibi ac ſobria ſit anima, et quam minime haec ſiue crapula afflat ſiue ſatietas, huic veriſimile ſit alteram per portam aduenire ſomnia, eaque ipſa manifeſta, ac diſtincta, veroque quam proxima. Hoc Epimenidis fuit ſomnium.

2. Primus vero Pythagoras Samius dicere auſus eſt, interiturum eſſe corpus ſuum, animam vero mortis immunem, ſeniique, euolaturam eſſe; priusquam enim huc veniret, extitiſſe olim. Crediderunt vero et hoc homines, et quod olim corpore alio in terra vixiſſet, Euphorbus Troianus. Quippe et hoc ipſum ita perſuadebat: Forte fortuna Mineruae templum intrabat, in quo multa variaque dona cum videret, inter

Sectio β΄.

x πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησιν] ita quidem Porphyrius Vit. Pythag. §. 19. et Hieronimus adv. Rufin. lib. III. p. 557. ed. Victor. Hoc tamen ab aliis Pherecydi, ab aliis Thaleti tribuitur. Vide quae diximus ad Ciceronis Tuſc. I. 16.

y πρότερον γένοιτο] Non video quare diceret γένοιτο potius quam ἐγένετο. M.

z εἰς Ἀθηνᾶς νεὼν,] Hunc Euphorbi clypeum templo Iunonis adſignant Ouidius Metam. XV. 164. Porphyrius Vit. Pyth. §. 27. Iamblichus §. 63. et Pauſanias in Corinth. lib. II. cap. XVII. p. 148. Tertullianus de Anima cap. XXVIII. *Clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum* (Pythagoras) *recognouit, et ſuum dixit, et de ſignis vulgo ignotis probauit.* Et

ἐν δὲ τοῖς καὶ ἀσπὶς, τὸ μὲν σχῆμα Φρυγία, ἀπὸ δὲ χρόνȣ ἐξίτηλος· εἶπεν ȣ̓͂ν, ὅτι γνωρίζω τὴν ἀσπίδα, ἀφείλετο δὲ με ὅσπερ καὶ ἀπέκτεινε τότε ἐν Ἰλίῳ ἐν τῇ μάχῃ. Θαυμάσαντες οἱ ἐπιχώριοι τὸν λόγον, καθεῖλον τὸ ἀνάθημα, καὶ ἦν ἐπίγραμμα· ΠΑΛΛΑΔΙ ΑΘΗΝΑΙ ΜΕΝΕΛΕΩΣ ΑΠΟ ΕΥΦΟΡΒΟΥ. Εἰ δὲ βȣ́λει, καὶ ἄλλον αὖ λόγον [a] διέξειμί σοι. Προκοννησίῳ ἀνδρὶ [b] τὸ μὲν σῶμα ἔκειτο ἐμπνȣ͂ν μὲν, ἀλλ᾽ ἀμυδρῶς καὶ ἐγγύτατα θανάτȣ· ἡ δὲ ψυχὴ ἐκδῦσα τȣ͂ σώματος, ἐπλανᾶτο ἐν τῷ αἰθέρι, ὄρνιθος δίκην, πάντα ὑπόπτα θεωμένη [c], γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ποταμȣ̀ς, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη ἀνδρῶν, καὶ παθήματα [d], καὶ φύσεις παντοίας· καὶ αὖθις εἰσδυομένη τὸ

ter alia clypeum, forma Phrygium, vetuſtate iam detritum inuenit: hunc ſe nouiſſe dixit; in Iliaco enim praelio ab eo ereptum ſibi fuiſſe, a quo et interfectus eſt. Quae verba cum vehementer admirarentur ciues, detraxerunt clypeum, in quo inſcriptionem hanc inuenerunt: PALLADI MINERVAE AB EVPHORBO MENELAVS. Si vis, et aliud tibi referam. Homo fuit Proconneſius, cuius corpus aliquandiu humi iacebat, non plane quidem ſine ſpiritu, ita tamen, vt vix quicquam ſupereſſet vitae, mortique eſſet quam proximum: interim anima, relicto corpore, in caelo adinſtar auis errabat, omniaque infra ſe poſita videbat, terram, mare, fluuios, vrbes, gentes, hominumque affectiones, et naturas quasli-

Et Appollini quidem dicatum fuiſſe tradit Laertius VIII. 5.

a ἄλλον αὖ λόγον] Vulgo ἄλλον λόγον αὖ. Mſs. vero dant, vt edidimus.

b Προκοννησίῳ ἀνδρὶ] Ariſteae. Vide noſtrum Diſſ. XXXVIII. 2. Herodotum IV. 13. 14. 15. et Iohann. Meurſium ad Heſychium de Viris claris p. 120. cuius quidem Heſychii verba deſcripſit Suidas in Ἀριστέας.

c πάντα ὕποπτα θεωμένη,] Vox ὕποπτα, *ſuſpecta*, nihil agit hoc loco. Lego, πάντα ἄποπτα, *omnia quae ex alto* (vel *longinquo*) *ſpectari poſſunt.* Heſychius: Ἄποπτον, πόῤῥω ὁρώμενον. vide et Suidam. Nazianzenus *Stelit.* I. initio: ὥσπερ ἐξ ἀπόπτȣ τινὸς καὶ μεσαιτάτης περιωπῆς. Vide XXII. ad finem, XXVIII. 5. XXXII. 1. M.

d καὶ ἔθνη ἀνδρῶν καὶ παθήματα]

σῶμα καὶ ἀναστήσασα, ὥσπερ ὀργάνῳ χρωμένη, διηγεῖτο ἅττα εἶδέ τε καὶ ἤκουσε, παρ᾽ ἄλλοις ἄλλα.

γ΄. Τί δή ποτ᾽ οὖν Ἐπιμενίδης καὶ Πυθαγόρας καὶ Ἀριστέας ἐθέλουσιν αἰνίττεσθαι; ἄλλο τί, ἢ τὴν σχολὴν τῆς ψυχῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν καὶ παθημάτων, ὅταν ἀπαλλαγεῖσα τοῦ περὶ ἐκεῖνο ταράχου, καὶ ἐπιστρέψασα εἰς ἑαυτὴν τὸν νοῦν, ἔμπαλιν ἐντυγχάνῃ τῷ ἀληθεῖ αὐτῷ, ἀφεμένη [e] τῶν εἰδώλων; Τοῦτο ἔοικε μὲν ὕπνῳ καλῷ, καὶ μεστῷ ἐναργῶν ὀνειράτων· ἔοικε δὲ ψυχῆς πτήσει μεταρσίῳ, οὐχ ὑπὲρ ἄκρων φερομένης τῶν ὀρῶν ἐν ἀχλυώδει καὶ ταραττομένῳ τῷ ἀέρι, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦτον ὕψου ἐν σταθερῷ αἰθέρι, γαλήνης καὶ ἠρεμίας αὐτὴν παραπεμπούσης [f] ἀλύπως ἐπὶ τὸ

quaslibet; mox reuerſa, corpus intrabat denuo ac erigebat, quo velut inſtrumento vſa, quaecunque vsquam viderat, narrabat.

3, Quid ergo haec Epimenidis, Pythagorae, ac Ariſteae volunt ſibi? aliudne exiſtimas, quam otium, quod vir bonus a voluptatibus, reliquisque corporis affectionibus agit, cum a tumultu illius vindicata anima, penitus in ſe mentem conuertit ſuam, atque ita denuo, relictis rerum ſimulachris, ipſam contemplatur veritatem? Nihil certe aliud hoc, quam ſuauis quidam ſomnus eſt, in quo ſomnia quidem quamplurima, veriſſima tamen omnia, ſe nobis offerunt: non aliud, quam ſi alis quibusdam in altum noſter erigeretur animus, non ſupra ſumma tantum montium iuga, quamdiu in caliginoſo hoc et confuſo verſatur aere; ſed longe ſublimius, in immutabili illo aethere, a ſerenitate ſimul et quiete ad contempla-

ματα] Scripſit opinor, ἔθη ἀνδρῶν, *mores hominum:* quae voces in Codd. perſaepe commutantur. Vide Ioſephi *contra Apion.* lib. II. pag. 1376. ed *Hudſon.* et paſſim apud Philonem Iudaeum. M.

Sectio γ΄.

e ἀφεμένη] Vulgo ἐφιεμένη. Sed H. Stephano recte placuit ἀφεμένη, cuius ſuffragio ſuum Dan. Heinſius addidit. Quin et ita dant. Reg. et Harleian.

f γαλήνης καὶ ἠρεμίας αὐτὴν παραπεμπούσης] Putarem παραπεμπουσῶν, vel παραπεμπούσαιν, cum *duae* ſint de quibus loquitur. M.

ἀληθὲς ἐπὶ τὴν ὄψιν g. Τίς δὲ ὁ τῆς παραπομπῆς τρόπος, καὶ τί ἂν αὐτὴν ἐμμελῶς ὀνομάζωμεν; ἆρά γε μάθησιν, ἢ Πλάτωνι ὁμοφώνως ἀνάμνησιν; ἢ δύο θησόμεθα ὀνόματα πράγματι ἑνὶ, μάθησιν καὶ ἀνάμνησιν; Τὸ δέ ἐστι τοιοῦτον, οἷον τὸ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν πάθος· σύνεστι μὲν γὰρ αὐτῷ ἡ ὄψις ἀεὶ h, ἤδη δέ πυ

templationem veritatis leniter deductus. Quae autem eſt tandem ea deducendi ratio, aut quo potiſſimum conuenienter eam deſignabimus nomine? an diſciplinam, an eodem cum Platone nomine reminiſcentiam dicemus? an vtrumque ſimul, hoc et illud, vt duo videlicet rei vni tribuamus nomina? Talis ea eſt ergo reminiſcentia, quale illud, quod interdum oculo

g ἠρεμίας [αὐτὴν] παραπεμπούσης ἀλύπως [ἐπὶ] τὸ ἀληθὲς ἐπὶ τὴν ὄψιν.] Locus eſt corruptus. Heinſius reponit ἠρεμίας αὐτὴν παραπεμπούσης ἀλύπως τοῦ ἀληθοῦς ἐπὶ τὴν ὄψιν, quomodo legiſſe videtur etiam Paccius. Sed alio modo res eſt tentanda. Harleiani. αὐτῆς παραπεμπούσης, Reg. αὐτῇ. Itaque reponendum ἠρεμίας αὐτῇ παραπεμπούσης ἀλύπως τὸ ἀληθὲς ἐπὶ τὴν ὄψιν, deleta voce ſuperuacanea.

Ibid. ἐπὶ τὸ ἀληθὲς, ἐπὶ τὴν ὄψιν.] Deeſſe puto τῶν ὄντων· vt ſit, ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων ὄψιν. ita mox: Νόμιζε δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ὄψιν τινὰ εἶναι διορατικὴν ΤΩ͂Ν ὌΝΤΩΝ φύσει· et paullo ante dixerat, *Animam, in hoc corpore defoſſam*, μόλις πῶς (ſcr. πως) ὀνειρώττειν ΤᾺ ὌΝΤΑ. XXII. 2. ἀλλ᾽ ἀληθείας ἔρως, καὶ ἡ ΤΩ͂Ν ὌΝΤΩΝ ΘΈΑ, καὶ ἡ περὶ ταῦτα φιλοτιμία. Coniici quoque poteſt, ἐπὶ τὴν ἔποψιν, vt Diſſ. XIV. τῆς οὐρανίου ἐπόψεως· vt adludatur ad morem initiatorum in *Sacris Eleuſiniis*, qui ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, ἘΠΟΠΤΕΎΕΙΝ λέγονται, Harpocration in Voce. quo referendum iſtud Syneſii *De Inſomn* p. 102. εἰς τὰς τελευτάτας ΤΩ͂Ν ὌΝΤΩΝ ἘΠΟΨΊΑΣ. vide et Epiſt. CV. Vnde ἐποπτικὸν μέρος Philoſophiae, Platoni et Ariſtoteli: de quo vide Plutarchum *De Iſid. et Oſirid.* pag. 382. D. M.

h σύνεστι μὲν γὰρ αὐτῷ ἡ ὄψις ἀεὶ,] Praeceſſit vox, πάθος, cuius vltimam literam adhaeſiſſe opinor τῷ σύνεστι, et pro eo legendum, ἔνεστι. ita infra ſect. 9. ἀνάγκη πυ αὐτῇ τοῦτο ἐξ ἀϊδίου ἐνεῖναι, XVII. 10. ὅσον αὐτῇ τοῦ φρονεῖν ἔνεστιν. Sed, quod praecipuum eſt, videtur hoc (vt innumera in Maximo) adumbratum ex Platonis loco lib VI. de *Repub.* verſus finem: ἐνούσης πυ ἐν ὄμμασιν ὄψεως, καὶ ἐπιχειροῦντος etc. M.

ἐ. ὄψιν

ὑπὸ συμφορᾶς ἐπιχυθεῖσα ἀχλὺς, καὶ ἀμφιέσασα τὸ ὄργανον, διετείχισεν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὰ ὁρώμενα ὁμιλίαν· ἡ δὲ τέχνη παρελθοῦσα ὄψιν μὲν οὐκ ἐνεποίησε τῷ ὀφθαλμῷ [i], τὸ δὲ ἐνοχλοῦν παραγαγοῦσα ἀπεκάλυψεν αὐτοῦ τὸν ἔξω δρόμον. Νόμιζε δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ὄψιν τινὰ εἶναι διορατικὴν τῶν ὄντων φύσει καὶ ἐπιστήμονα· ὑπὸ δὲ τῆς τῶν σωμάτων συμφορᾶς ὑποκεχύσθαι αὐτῇ [k] πολλὴν ἀχλὺν, καὶ σύγχεῖν τὴν θέαν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἀποσβεννῦναι τὸ οἰκεῖον φῶς· προσιόντα δὲ αὐτῇ τεχνίτην λόγον, ὥσπερ ἰατρὸν, οὐ προστιθέναι αὐτῇ φέροντα ἐπιστήμην, πρᾶγμα ὃ μήπως ἔχει, ἀλλ' ἐπεγείρειν ἣν ἔχει μὲν, ἀμυδρὰν δὲ καὶ ξυνδεδεμένην [l] καὶ καρηβαροῦσαν.

oculo accidit; cui cum ſemper videndi adſit potentia, nonnunquam tamen caligo aut tenebrae viam ipſam obſident, quae a contemplatione rerum oculum auertant: accedit ergo ars, quae licet videndi illi non tribuat potentiam, impedimentum tamen tollit, liberumque radiis egreſſum concedit. Puta animam noſtram talem eſſe videndi potentiam, quae ea, quae ſunt natura, perſpicit et cognoſcit; huic communi corporum euenire calamitate, vt caligo offuſa eripiat aſpectum, aciem obtundat, propriumque lumen extinguat; accedere poſtea rationis artem, quae tanquam medicus ſcientiam illi quidem non confert, aut praebet nouam, ſed eam quam habet, licet tenuem admodum confuſamque ac vacillantem, erigit.

4. Sicut

i ὄψιν μὲν οὐκ ἐνεποίησε [τῷ ὀφθαλμῷ,] Vulgo τῶν ὀφθαλμῶν. At hoc modo non niſi σολοικῶς potuit [αὐτοῦ] τὸν ἔξω δρόμον ſubiicere. Nos igitur ita dedimus, vt exhibent Reg. et Harleian.

Ibid. ἐνεποίησε τῶν ὀφθαλμῶν] Obuium erat τῷ ὀφθαλμῷ, et ita conieceram. Confirmant Mſs. Mox, pro Νόμιζε δὲ mallem δή. M.

k ὑποκεχύσθαι αὐτῇ] Potius ἐπικεχύσθαι, vt paullo ante, ὑπὸ συμφορᾶς ἐπιχυθεῖσα ἀχλύς· vbi eadem omnia. M.

l ξυνδεδεμένην] Heinſius reponit ξυγκεχυμένην. Sed nihil opus, vt quicquam mutetur. Scilicet metaphora videtur a ſarcinis ducta, quae prius nequeunt explicari, quam funes, quibus ligatae ſunt, detrahuntur.

 Sectio

δ'. Ὅνπερ οὖν τρόπον καὶ ταῖς κυούσαις προσάγουσα ἡ μαιευτικὴ τὰς χεῖρας σὺν τῇ τέχνῃ ὑποδέχεται τὸ κυούμενον, καὶ θεραπεύει τὰς ὀδύνας [m], καὶ ἐξάγει τὸ τελεσφορηθὲν εἰς φῶς, καὶ ἀπαλλάττει τῆς ὀδύνης τὴν φέρουσαν· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ λόγος μαιεύεται ψυχὴν [n] κύουσαν καὶ ὠδίνων μεστήν· ἀλλὰ πολλαὶ ἀμβλι-

4. Sicut ergo grauidis artem ſimul manumque obſtetricia admouet, foetum excipit, dolores mitigat, ſimulque foetum iam maturum in lucem educit, puerperamque dolore liberat: eodem modo animae iam grauidae, iam partui propinquae obſtetricatur ratio; ita tamen, vt quamplurimae vel obſtetri-

cum

Sectio δ'.

μέλος αὐλεῖν. Καθόλȣ δὲ, εἰ τὸ ἀδικεῖν πονηρὸν, καὶ τὸ ἀνταδικεῖν ὅμοιον· ȣ̓ γὰρ τῷ ὑπάρξαι [m] πλεονεκτεῖ κατὰ πονηρίαν ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ τῷ ἀμύνασθαι ἐξισȣ̃ται κατὰ μοχθηρίαν ὁ ἀνταδικῶν. Καὶ μὴν, εἰ ὁ ἀδικῶν κακῶς ποιεῖ, ὁ ἀντιποιῶν κακῶς ȣ̓δὲν ἧττον ποιεῖ κακῶς, κἂν ἀμύνηται. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀποδιδȣ̀ς χάριν τῷ προϋπάρξαντι ȣ̓δὲν ἧττον εὖ ποιεῖ, κἂν προπεπονθὼς ᾖ· ȣ̔́τως ὁ μετατιθεὶς τὴν ἀμοιβὴν εἰς κάκωσιν ȣ̓δὲν ἧττον κακῶς δρᾷ, κἂν προπεπονθὼς ᾖ.

ϛ'. Τί δὲ τοίνυν ἔςαι καὶ πέρας τȣ̃ κακȣ̃; Εἰ γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, ἀεὶ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἄλλȣ πρὸς ἄλλον, καὶ μεταπηδᾷ, καὶ διαδέξεται ἀδικία ἀδικίαν. Ὧ γὰρ δικαίῳ συγχωρεῖς τῷ παθόντι ἐπεξίεναι, τῷ αὐτῷ τȣ́τῳ δικαίῳ ἐπαναχωρεῖ αὖ-

terea, ſi ſimpliciter iniuriam inferre improbum eſt, etiam referre iniuriam huic ſimile eſt: etenim ſi improbior eſt, qui infert iniuriam, quod incipit; improbitate ei certe aequatur, qui hoc ipſum reddit. Et ſi is, qui iniuriam facit, male facit; qui malum malo compenſat, non minus male facit, quamuis malum vlciſcitur. Nam, vt qui beneficium reddit ei, a quo accepit prius; nihilominus bene facit, quamuis acceperit prius; ita, qui remuneratur malum, non minus male facit, quamuis prius male acceptus ſit.

6. Et quis erit, obſecro, finis mali? Si enim perpetuo, qui iniuria affectus eſt, malum malo compenſat; neceſſe eſt ab vno ad alium tranſire, et quaſi tranſilire malum, atque ita iniuriam excipiet iniuria. Quoniam quo iure permittis ei, qui iniuria affectus eſt, vt iniuriam iniuriae auctori reddat; eodem

m ȣ̓ γὰρ τῷ ὑπάρξαι] Vulgo εἰ γάρ. Vterque vero codex lectionem, quam reſtituimus, exhibet. Ait Maximus, *Non enim improbior eſt, qui infert iniuriam, eo quod incipit; ſed is aeque eſt improbus, qui iniuriam refert.* Oratio, quam prae ſe fert vulgata lectio, ſibimet ipſi repugnat. De re ipſa vide Gatakerum ad Antonini VI, 6.

Ibid. εἰ γὰρ τῷ ὑπάρξαι etc.] Abſurde. lege, ȣ̓ γὰρ etc. ex Cod. *Regio*. M.

Sectio

θις ἀπ' ἐκείνȣ πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία [n]· τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. Ὦ Ζεῦ, καὶ οἷον πεποίηκας, δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων; καὶ ποῖ βαδιεῖται τὸ κακὸν, καὶ πȣ̃ ςήσεται; Οὐκ οἶσθα, ὅτι πηγὴν ταύτην ἀέναον κινεῖς πονηρίας, καὶ γράφεις νόμον ἀρχέκακον τῇ πάσῃ γῇ; Τȣ̃το γὰρ ἀμέλει ἐςὶ τὸ τῶν πάλαι κακῶν τοῖς ἀνθρώποις ἡγησάμενον, ςόλων Βαρβαρικῶν

eodem iure redit iterum ad eundem vindicta: eadem enim iuris in vtroque ratio eſt. Vide praeterea, per Iouem, quid facias, qui ius conſtituis ex iniuriis. Quousque, quaeſo, ſe diffundet hoc malum? vbi deſinet? Non vides, quid facias? perennis improbitatis fontem excitas, legemque fers, quam primam malorum cauſam totum vniuerſum agnoſcat. Nec eſt aliud profecto, quod mala omnia hominibus inuexit: hinc Graecae

Sectio ϛ'.

n ᾧ γὰρ δικαίῳ συγχωρεῖς τῷ παθόντι ἐπεξιέναι, τῷ αὐτῷ τȣ́τῳ δικαίῳ ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνȣ πρὸς τὸν [αὐτὸν] ἡ τιμωρία·] Sic codices, niſi quod ἐπεξεῖναι repraeſentent. Legerim tamen ἀπ' ἐκείνȣ πρὸς τὸν [ἄλλον] Vulgo, Εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τȣ́τῳ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι πρὸς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις etc. Quin et Heinſius in hiſce Mſs. lectionem vidit eſſe potiorem. Quintilianus Inſt. Orat. VII. 4. *Vis contra vim et talio nihil habent aduerſum eum, qui prior fecit, iniuſtitiae: et non, quoniam res pares ſunt, etiam id eſt iuſtum, quod anteceſſit.*

Ibid. ᾧ γὰρ δικαίῳ συγχωρεῖς etc.] Hic quoque, niſi fallor, indicia video mutationis a manu ipſius Auctoris. In priori Editione Cl. *Dauiſii* ita correxeram: εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τȣ́τῳ δικαίῳ, ᾧ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνȣ πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία, (τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον,) ὦ Ζεῦ, καὶ οἷον πεποίηκας; δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων. Nihil addideram praeter ᾧ poſt δικαίῳ, quod Senſus poſtulabat; et Diſtinctiones mutaueram. Sed *Codex Regius* hunc locum longe aliter exhibet, quemadmodum vides. In prima editione periodus paullo longior erat, et Lectorem attentiorem poſtulabat ideo forte mutauit Auctor; nam huiusmodi diſcrepantiae vix videbuntur a Librariis profectae. Vtcumque hoc ſit, pro πρὸς τὸν αὐτὸν, omnino puto Maximum ſcripſiſſe πρὸς τὸν δρῶντα αὐτὸν, vel πρὸς τὸν δρῶντα. vide praecedentia, et Oppoſitum, τῷ παθόντι, quae τὸν δρῶντα videntur poſtulare. M.

Sectio

καὶ Ἑλληνικῶν ἐπ' ἀλλήλους περαιουμένων, ἁρπαζόντων, καὶ πολεμούντων, καὶ ληϊζομένων, προκάλυμμα ποιουμένων τῆς παρούσης ἀδικίας τὴν Φθάσασαν. Φοίνικες ἐξ Ἄργους [o] βασιλικὴν κόρην ἄγουσιν, Ἕλληνες ἐκ Κόλχων βαρβαρικὴν παρθένον ἄγουσι, καὶ αὖθις Φρύγες ἐκ Πελοποννήσου Λακωνικὴν γυναῖκα. Ὁρᾶς τὴν διαδοχὴν τῶν κακῶν, καὶ τὰς προφάσεις τῶν πολέμων, καὶ τὸν πολλαπλασιασμὸν τῶν ἀδικημάτων. Τοῦτο καὶ τὴν Ἑλλάδα συνέτριψεν αὐτὴν; ἡ περὶ ἑαυτὴν δόξα ἀδικίας διαβαίνουσα ἐπὶ τοὺς πλησίον, καὶ ἄπαυστοι θυμοὶ, καὶ ὀργαὶ ἀθάνατοι, καὶ τιμωρίας ἔρως, καὶ ἀμαθία δίκης.

ζ'. Ἀλλ' εἴπερ οἱ ἀδικούμενοι ἠπίσταντο, ὅτι τοῖς ἀδικοῦσι μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία αὐτὴ, τοῦτ' εἶναι [p] πα-

Graecae primum barbaraeque claſſes mare transmiſerunt; hinc impetum aliae in alterius terram facere, atque omnia vaſtare coeperunt, dum ſemper praeſenti iniuriae priorem obtendunt. Phoenices Argiuis regiam puellam ereptum eunt, Graeci Colchis barbaram, Phryges e Peloponneſo Laconicam mulierem rapiunt. Vides ſeriem malorum, vides belli cauſas, et per ordinem ſcelerum cumulatum ſcelus. Non alia ſunt, quae perdidere Graeciam, quam iniuriae propriae aeſtimatio, quae in finitimos quoque erupit; quam furor implacabilis, ira immortalis, vindictae cupido, iuris ignorantia.

7. Etenim ſi omnes, quos prius iniuria inuaſit, hoc perſuadere ſibi potuiſſent, iniuriam ipſam iis, qui inferunt, malum

o Φοίνικες ἐξ Ἄργους etc] Phoenices Io rapiebant Inachi filiam, Iaſon Medeam, Paris Helenam. Vide Herodotum lib. I. cap. 1. 2. 3.

Sectio ζ'.

p ἠπίσταντο, ὅτι τοῖς ἀδικοῦσι μέγιστον κακὸν [ἡ] ἀδικία αὐτὴ, τοῦτ' εἶναι] Vulgo ἡ ἀδικία αὐτὴ, [καὶ] τοῦτ' εἶναι. Sed antepenultimam vocem neſciunt Reg. et Harleian. ἡ vero in ἢ coniectura freti mutauimus; quod ipſa ſententiae vis poſtulabat: Socrates apud Platonem in Gorgia p. 290. A. Μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. Conſtantinus in Orat. ad Sanctorum coetum cap. XV. Ἡ δὲ ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἡ οὐράνιος σοφία, αἱρεῖσθαι τὸ ἀδικεῖσθαι πρὸ τοῦ ἀδικεῖν· καὶ γενομένης ἀνάγκης, ἑτοίμως

λέμυ μεῖζον, καὶ τειχῶν ἀφαιρέσεως [q], καὶ γῆς δηώσεως, καὶ τυραννίδος καταστάσεως· οὐκ ἂν ἐμπέπληστο ἡ Ἑλλὰς τοσούτων κακῶν. Ποτίδαιαν Ἀθηναῖοι πολιορκοῦσιν. Ἔασον, ὦ Λακεδαιμόνιε, μεταγνώσονταί ποτε· μὴ μιμήσῃ τὸ κακὸν, μὴ μεταλάβῃς τοῦ ψόγου· ἐὰν δὲ ἀγαπᾷς μὲν τὴν πρόφασιν, καὶ ἐπὶ Πλαταιὰς ἔλθῃς, ἀπόλωλέ σοι Μῆλος νῆσος γείτων, ἀπόλωλεν Αἴγινα νῆσος φίλη, ἀπόλωλε Σκιώνη [r] πόλις σύμμαχος· μίαν

lum eſſe maximum, eamque vel bello, vel direptione murorum, vel populationibus terrarum atque incendiis, vel cuiuslibet tyrannidis euerſione, poenam grauiorem eſſe, nunquam tot tantisque calamitatibus redundaſſet Graecia. Potidaeam Athenienſes obſident. Permitte hoc illis, Spartane, breui poſt eos coepti poenitebit: noli malum hoc imitari, noli eandem incurrere infamiam; quia ſi praetextum hunc amplecteris, et Plataeas petis, periit tibi Melus vicina inſula, periit amoeniſſima inſularum Aegina, periit Sicyone vrbs ſocia; pro vna,

ἑτοίμως ἔχειν κακῶς πάσχειν μᾶλλον, ἢ ποιεῖν· μεγίστου γὰρ ὄντος τοῦ ἀδικεῖν κακοῦ, οὐχ ὁ ἀδικούμενος, ἀλλ' ὁ ἀδικῶν, τῇ μεγίστῃ περιβέβληται τιμωρίᾳ. Vide ſis Agellium XII. 9. Senecam de Ira III. 6. et de Conſtant. cap. XVI. Cyprianum Epiſt. LV. p. 85. denique Boetium Conſol. Philoſ. lib. IX. p. 4.

q καὶ τειχῶν ἀφαιρέσεως,] Raro admodum, opinor, occurrit haec phraſis pro *deſtructione, euerſione murorum*; cum vſitatiſſima ſit τειχῶν καθαιρέσεως. vide Lyſiam edit. *Taylor*. p. 61. 321. Ariſtidem *Panath*. p. 169. Vnde δυσκαθαίρετον et εὐκαθαίρετον τεῖχος, Iul. Pollux I. 10. ſect. 170. 171. Alterius exemplum nondum notaui. Mox, μίαν πόλιν λαβὼν, πολλὰς πορθήσεις· *vnam vrbem capiens, multas deuaſtabis.* vult, *vnam vrbem hoſtilem*, et, *multas tuarum.* ſed hoc in ambiguo relinquit, neque recte opponi videntur λαβὼν et πορθήσεις. melius putarem προήσῃ vel ἀπολέσεις. M.

r ἀπόλωλε [Σκιώνη] Vulgo Σικυώνη, quemadmodum legere Paccius et Heinſius. Nulla vero fuit vrbs, cui nomen *Sicyone*. Nota quidem eſt *Sicyon*, de qua non agitur. In vtroque Mſs. eſt Σκιώνη, prout edidimus, eaque vera eſt lectio. Vide Thucydidem lib. IV. pag. 332. ſeq. edit. Wechel. Iſocratem Paneg. pag. 89. 91. Arrianum Exped. 1. 9. Photium Cod. CLXXXVI. §. 13. et Ariſtidem in Panath. tom. I. pag. 304. 309.

Sectio

πόλιν λαβὼν πολλὰς πορθήσεις. Ὥσπερ γὰρ τῶν ἐπὶ χρηματισμῷ παραβαλλομένων ἐν θαλάττῃ οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν δανεισμάτων, ὅτω καὶ τῶν ἐπεξιόντων τοῖς θυμοῖς οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν συμφορῶν. Καὶ πρὸς τὸν Ἀθηναῖον λέγω, Σφακτηρίαν ἔχεις, ἀπόδος τῇ Σπάρτῃ τὰς ἄνδρας, ἕως εὐτυχεῖς, σωφρόνησον· εἰ δὲ μὴ, τὰς μὲν ἄνδρας ἕξεις, τὰς δὲ τριήρεις ὐκ ἕξεις. Λύσανδρος περὶ Ἑλλήσποντον εὐτυχεῖ, καὶ ἡ Σπάρτη μεγάλη, ἀλλὰ ἀπέχȣ Θηβῶν· εἰ δὲ μὴ, δακρύσεις τὴν ἐν Λεύκτροις τύχην, καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ συμφοράν.

ή. Ὦ δίκης ἀφανȣ̃ς [s] καὶ πλανωμένης. Διὰ τȣ̃το ὁ Σωκράτης ὐκ Ἀριστοφάνει ὠργίζετο, ὐ Μελίτῳ ἐχαλέπαινεν, ὐκ Ἄνυτον ἐτιμωρεῖτο· ἀλλὰ ἐβόα μέγα, Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ ὐ δύνανται· ὐ γὰρ θέμις ἀγαθῷ ἀνδρὶ ὑπὸ πονηρȣ̃ βλαβῆναι [t]. Αὕτη φωνὴ δίκης, ἣν εἴπερ ἅπαντες ταύτην

vna, quam cepiſti, vrbe multas euertes. Nam, vt illi, qui lucri cauſa maris periculo ſe committunt, magno foenore ſe obſtringunt; ita, qui in vindicando irae indulgent, maximo ſe calamitatum foenore inuolvunt. Rurſus tibi Athenienſis, dico, Sphacteriam expugnaſti, captiuos Spartanis redde; dum ſors fauet, modeſtiam in conſilium adhibe: ſin minus, homines ſeruabis, triremes amittes. Lyſander ad Helleſpontum feliciter rem gerit, nec Sparta ſe capit; vide ne Thebas tangas: ſin minus, aduerſam circa Leuctra fortunam lachrymabis, apud Mantineam calamitatem plorabis.

8. O occultam inſtabilemque fortunae potentiam! Hanc ob cauſam Ariſtophani non ſuccenſebat Socrates, nec indignabatur Melito, nec Anytum vindicabat; ſed alta voce exclamabat, Vitam eripere fortaſſe Anytus et Melitus mihi poſſunt, laedere non poſſunt: non enim ab improbo detrimentum poteſt accipere vir bonus. Haec ipſa iuſtitiae vox eſt; quae ſi ab

Sectio ή.

s Ὦ [δίκης] ἀφανȣ̃ς] Heinſius legit τύχης, vt ex eius verſione liquet. Codicum tamen lectio reiicienda non videtur; vltio enim in cauſa eſt, cur, vt Maximus ait, δίκη ἀπ' ἄλλȣ πρὸς ἄλλον μεταπηδῆ, eoque modo fiat ἀφανὴς καὶ πλανωμένη.

t Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος —— βλαβῆναι]

ἐφθέγγοντο [u], οὐκ ἂν ἦσαν αἱ τραγῳδίαι, οὐδὲ τὰ ἐπὶ τῇ σκηνῇ δράματα, οὐδὲ πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ συμφοραί. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος νοσημάτων χαλεπὰ τὰ ἑρπυστικά, καὶ δεῖ τούτοις ἐπικουρίας στασίμου, ἵνα τὸ περιλειφθὲν σωθῇ· οὕτως ἐπειδὰν ἐμπέσῃ οἴκῳ ἢ πόλει ἀδικίας ἀρχή, στῆναι δεῖ τὸ κακόν, εἰ μέλλει τὸ περιλειφθὲν σωθήσεσθαι. Τοῦτο Πελοπίδας ἐξέτριψε, τοῦτο Ἡρακλείδας ἠφάνισε, τοῦτο τὴν Κάδμου οἰκίαν, τοῦτο Πέρσας ἀπώλεσε, τοῦτο Μακεδόνας, τοῦτο Ἕλληνας. Ὦ νοσήματος διηνεκοῦς, καὶ ἐπὶ πολλὰς περιόδους χρόνων καταλαβόντος τὴν γῆν.

θʹ. Ἐπιτολμήσαιμι δ' ἂν ἔγωγε εἰπεῖν, ὅτι εἴπερ ἐστιν ἀδικίας πρὸς ἀδικίαν ὑπερβολή, ὁ τιμωρῶν τοῦ

ſi ab omnibus eodem modo vſurparetur, nulla tragoedia extaret, nullam ſcenae calamitatem oſtenderent, vaſta illa ac multiplex malorum ſeges ab humanis exularet rebus. Nam vt in corporum morbis ii maxime nocere, conſtantemque medici opem requirere ſolent, qui vlterius ſerpunt, vt, quod adhuc eſt immune, ſeruetur; ita cum in familiam aut rempublicam vel leuiſſima iniuſtitiae ſcintilla incidit, cohiberi continuo debet, vt id, quod ſupereſt, vindicetur. Hoc eſt, quod Pelopidas euertit, quod Heraclidas ſuſtulit, quod totam Cadmi familiam, quod Perſas, quod Macedonas, quod Graecos deleuit. O morbum continuum, et qui tot iam ſaecula terrarum orbem fatigat!

9. Non dubitabo equidem dicere, ſiquidem altera maior ſit iniuria, magis improbum eſſe eum, qui illatam vlciſcitur, quam

βῆναι] Socrates apud Platon. in Apol. §. XII. p. 26. Ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλιτος, οὔτε Ἄνυτος, οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο. οὐ γὰρ οἴμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι etc. Idem autem referunt, vt alios praeteream, Origenes in Celſum lib. VIII. p. 383. et Arrianus Epict. II. 2.

u ταύτην ἐφθέγγοντο,] Pro τὴν αὐτήν. niſi ſcribendum ſit ταύτην, vel putandum apicem omiſſum eſſe, et ex τὴ αὐτὴν factum ταυτήν. Vulgatae exemplum non eſt ad manus, ex ſcriptore proſaico. M.

Sectio

προϋπάρξαντος ἀδικώτερος. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ ἀμαθίας ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν ἐλθὼν ἔχει τὴν δίκην ἐκ τοῦ ψόγου· ὁ δὲ ἐπεξιὼν, προσλαβὼν ἐκ τοῦ ὁμοίου τὸ ἄδικον, ἀφῄρηκεν ἐκείνου τὸ ἐπίψογον. Ὥσπερ γὰρ τῷ μαρίλης ἐμπεπλησμένῳ [x] τὸν συμπλακέντα ἀνάγκη καὶ αὐτὸν συναισχῦναι τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὅστις ἀδίκῳ ἀνδρὶ συμπλέκεσθαι καὶ συγκυλινδεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀνάγκη τοῦτον συναπολαύειν τοῦ κακοῦ [y], καὶ συναναπίμπλασθαι τῆς μαρίλης. Ἀθλητῇ μὲν οὖν ἀνδρὸς προσφερομένου ἀθλητοῦ ἐκ τῆς ἴσης ἀγωνίας καὶ φιλοτιμίας ἀποδέχομαι· ὁρῶ γὰρ αὐτοῖς ὁμοίαν μὲν τὴν φύσιν, παραπλησίαν δὲ τὴν μελέτην, ἰσότιμον δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ νικᾶν. Ὅταν δὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ πονηρῷ συμπέσῃ, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς παλαίστρας προσεληλυθὼς [z] ἑκάτερος, οὐδὲ ὑπὸ τῷ

quam qui infert. Qui enim ex ignorantia iuris iniurius eſt, delicti ſui praemium in infamia habet; at qui iniuriam reddit, cum non minus iniurius ſit, infamiam illam in ſe deriuat. Nam vt, qui fuligine imbutum tractat, aut cum eo luctatur, neceſſe eſt corpus inficiat, ita, qui cum improbo congreditur, et quaſi volutatur, neceſſario mali fit particeps, eadem imbuitur fuligine. Ego athletam, qui cum athleta ex aequo concurrit, ferre poſſum, neque ſtudium vtriusque reprehendo; video enim parem indolem, parem curam, parem in vtroque victoriae ardorem. At vero quoties cum improbo probus concurrit, non ex eadem palaeſtra, neque ſub eodem ad luctam edoctus, nec eadem arte inſtructus, nec iisdem luctatio-

Sectio θ'.

x Ὥσπερ γὰρ τῷ μαρίλης [ἐμπεπλησμένῳ] Haec eſt certiſſima Stephani coniectura, nec aliter, vt videtur, prior legit Paccius. Reg. ἐμπεπλεγμένῳ. Harl. ἐμπεπληγμένῳ, quod vero propius. Non diſſimilem comparationem adhibet Plutarchus aduerſus Stoicos tom. II. pag. 1059. F.

y συναπολαύειν τοῦ κακοῦ,] Vulgo συναπολαύειν [τοῦ] τοῦ κακοῦ. Sed illa particula prorſus eſt ſuperuacanea, nec in Reg. aut Harleian. comparet; quapropter eam deleuimus.

z ἐκ τῆς αὐτῆς παλαίστρας προσεληλυθὼς] Verius προεληλυθὼς, *prodiens*. Mox, ad fin. ſect. pro τὸν ἄδικον, quae ſcriptura eſt Codicum et Editionum, admitit

αὐτῷ παιδοτρίβῃ ἀσκηθεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τέχνην ἐκμαθὼν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ στεφάνου ἐρῶν, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος· οἰκτείρω τὴν μάχην, ἄνισος ἡ ἀγωνία. Ἀνάγκη τὸν πονηρὸν κρατεῖν ἀγωνιζόμενον ἐν τοιούτῳ σταδίῳ, ᾧ πονηροὶ μὲν θεαταὶ, ἄδικοι δὲ οἱ ἀθλοθέται. Ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐν τούτοις ἄτεχνος καὶ ἀμαθὴς, καὶ ἄπορος ἀπιστίας, καὶ πανουργίας, καὶ ἀπάτης, καὶ τῶν ἄλλων παλαισμάτων, ὑφ᾽ ὧν μοχθηρία κρατύνεται, καὶ ἰσχυρίζεται· ὥστε καὶ καταγέλαστος ἂν γίγνοιτο ἀντεπιχειρῶν ἀδικεῖν ὁ μὴ πεφυκὼς τῶν ἀδίκων [a] καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τῷ ἔθει.

ι. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίη ἄν τις, ὁ δίκαιος ἀνὴρ προπηλακίζεται, καὶ συκοφαντεῖται, καὶ διώκεται,

luctationibus innutritus, nec eiusdem coronae competitor aut praeconii; infelix haec meo iudicio pugna eſt, et congreſſus impar. Quid enim obſtet, quo minus ſuperior in hoc ſtadio euadat improbus, vbi et ſceleſti ſpectatores, et iniqui ſunt iudices? Hic enim vir bonus et ab arte deſtituitur, et a ſcientia; neque diffidentia, aut ſutelis, aut dolis, aliisque inſtructus accedit artibus, quibus confirmatur, ac robur aſſumit improbitas: vt nihil aliud, quam riſum excitaturus ſit, qui cum improbo manum conferat, nec ingenio, nec arte, nec exercitatione, par.

10. Sed hac ipſa de cauſa ſupplantatur vir bonus, dicet aliquis, calumniis, ſycophantiisque differtur, facultatibus exuitur;

miſit in Contextum Cl. Editor coniecturam *Stephani*, τῶν ἀδίκων· ſine cauſſa, opinor: immo non recte. Conſtructio eſt: ὥστε καὶ καταγέλαστος ἂν γίγνοιτο ὁ μὴ πεφυκὼς (ἄδικος,) ἀντεπιχειρῶν ἀδικεῖν τὸν ἄδικον καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τῷ ἔθει· *adeo vt ridiculus foret homo qui natura non eſt iniuſtus, ſi viciſſim conaretur iniuria afficere hominem qui iniuſtus eſt tum natura, tum arte et conſuetudine.* Iam alteram Conſtructionem ſi experiaris, ὁ μὴ πεφυκὼς (ἐκ vel εἰς) τῶν ἀδίκων, videbis ſenſui deeſſe has ipſas voces, τὸν ἄδικον, quas Cl. Vir mutauit. M.

a ὁ μὴ πεφυκὼς τῶν ἀδίκων] Vulgo τὸν ἄδικον, et ita codices. Henr. tamen Stephani coniecturam

καὶ χρήματα ἀφαιρεῖται, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλεται, καὶ φεύγει, καὶ ἀτιμοῦται, καὶ ἀποθνήσκει. Τί οὖν; Εἰ καὶ οἱ παῖδες [b] νόμους πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, καθίσαντες δικαστήριον ἑαυτῶν, ὑπάγοιεν [c] ἄνδρα κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, κᾆτα, εἰ δόξαι ἀδικεῖν, ψηφίζοιντο αὐτὸν ἄτιμον εἶναι ἐν τῷ τῶν παίδων δήμῳ, δημεύοιεν δὲ αὐτοῦ τὰ παιδικὰ χρήματα, τοὺς ἀστραγάλους, καὶ τὰ παίγνια· Τί εἰκὸς πρᾶξαι τὸν ἄνδρα [d];

exuitur, in vincula coniicitur, relegatur, infamia notatur, morti addicitur. Quid tum poſtea? Quid ſi pueri alibi pro tribunali ſederent, ac leges ferrent; atque ex earum legum praeſcripto hominem aliquem in iudicium vocarent, quem peccaſſe dicerent; et mox inter pueros ſuos infamem eſſe iuberent, eiusque crepundia aliquot, vt puta talos, et ſi quae eiusmodi eſſent, haſtae ſubiicerent: quid facturum hunc hominem

ctαuram recepimus, quippe, prout videtur, eam poſtulat linguae Graecae .ratio.

Sectio 1.

b Τί οὖν; [Εἰ καὶ] οἱ παῖδες] Voces Εἰ καὶ vulgo deſunt. Eas nos, vtpote quae ſenſui complendo neceſſariae ſunt, ex Reg. et Harleian. adiecimus. Vide noſtrum Diſſert. IX. 5. XXXVI. 5. et Arrianum Epict. IV. 7.

Ibid. Εἰ καὶ οἱ παῖδες] Voces εἰ καὶ vulgo deſunt, inquit Cl. Editor. voluit dicere, Voces καὶ οἱ. Refinge igitur calami erratum. M.

c ὑπάγοιεν] Cl. Hemſterhuſius ad Pollucis lib. IX. §. 110. mavult ἀπάγοιεν. Sed immerito. Vide modo Platonis Apol. §. XIV. ac Etymologum in Ἔνδειξις.

d τί εἰκὸς πρᾶξαι τὸν ἄνδρα;] *Quid facturum hunc hominem putas?* πρᾶξαι pro πράξειν, vel πρᾶξαι ἄν, vel πράττειν ἄν· tot enim modis ſenſum *Futuri* efferunt Graeci. Immo et δεδωκέναι ἂν pro δώσειν inuenio apud Lyſiam, Orat. XXVII. contra Epicratem, Edit. *Taylor.* p. 451. nempe quia Aoriſt. 1. ἔδωκα non vltra Indicativum procedit. Et nuper quidem ſcripſi (*Coniect* ad iſtum Auctorem p. 564.) iſtud Orat. XIII. p. 237. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι ταῦτα γενέσθαι, ſine ἄν, non valere idem quod ἐπιτρέψειν. Ratio erat, quia incredibile videbatur, Graecos, cum omni ſua copia, in ambiguo relicturos eſſe, vtrum de re *Praeterita* an *Futura* loquerentur; quod fore manifeſtum erat, ſi ἐπιτρέψαι idem poſſet ſignificare quod ἐπιτρέψειν. ſic in hoc exemplo:

ἢ οὐ καταγελάσεσθαι ἐκ τοιούτου δικαστηρίου[e] αὐταῖς ψήφοις καὶ καταδίκαις αὐταῖς; Οὕτω καὶ ὁ Σωκράτης Ἀθηναίων κατεγέλα, ὡς παιδαρίων ψηφιζομένων, καὶ κελευόντων ἀποθνήσκειν ἄνδρα θνητόν[f]. Καὶ ἄλλος ὅστις ἀγαθὸς ἀνὴρ, καὶ δίκαιος, καταγελάσεται γέλωτα ἀκραιφνῆ, ὁρῶν τοὺς ἀδίκους ἐπ' αὐτὸν ὡρμημένους σπουδῇ, οἰομένους τι δρᾷν, δρῶντας δὲ οὐδέν· ἀλλὰ καὶ ἀτιμαζόντων ἐκείνων, βοήσεται τὸ τοῦ Ἀχιλλέως,

> Φρονέω δὲ οὐ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ·

minem putas? anne aliud, quam vt ſuauiter rideat, ipſosque iudices cum calculis ſuis et ſuffragiis cachinno explodat? Ita Athenienſes ridebat Socrates, non aliter quam pueros, qui ſuffragio ſuo hominem mori iuberent, quem natura iam ante iuſſerat mori. Neque aliud facturus eſt quilibet bonus, probusque vir, quam vt riſum rideat ſuauiſſimum, quoties improbos ſerio ad ſe ire videbit, quaſi rem geſturos maximam, cum tamen nihil poſſint; ſed et in media eorum contumelia illud Achillis exclamabit,

> *haud regi ſuperûm contemptus abibo:*

quod

ἐλπίζω σε κομίσασθαι τὴν ἐπιστολήν μου, neſcias vtrum σε κομίσασθαι denotet *te accepiſſe*, an, *te accepturum eſſe*. ideo vel mendi, vel defectus particulae ἂν ſuſpecta habui omnia loca vbi iſtiusmodi Infinitiua occurrebant; qualia multa notaueram. Sed cum temerarium ſit Coniecturam opponere (vbi nihil eſt Abſurdi) conſtanti ſcripturae tot Mſs. et opinionibus (quod tunc neſciebam) Virorum me longe Doctiorum, et in Lingua Graeca longe longeque peritiorum, ἀφίσταμαι. Sequitur, ἢ οὐ καταγελάσεσθαι ἐκ τοιούτου δικαστηρίου. Praepoſitionem delet *Heinſius*. Legendum forte, τοῦ τοιούτου δικαστηρίου. Cl. Editor mavult εἰκὸς pro ἐκ. ſed praeceſſit εἰκὸς, neque opus erat vt repeteretur. M.

e ἢ οὐ καταγελάσεσθαι [ἐκ] τοιούτου δικαστηρίου] Heinſius reponit ἢ οὐ καταγελάσεσθαι τοιούτου δικαστηρίου, nec aliter Graece loqui licet. Malim tamen ἢ οὐ καταγελάσεσθαι [εἰκὸς] τοιούτου δικαστηρίου. Mendum peperit compendiarius ſcribendi modus.

f κελευόντων ἀποθνήσκειν ἄνδρα θνητόν.] Diog. Laertius II. 35. Πρὸς τὸν εἰπόντα, θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, κἀκείνων, φησὶν, ἡ φύσις. Ibi Menagius plura.

g φρονέω δὲ] Iliad. ι'. 604.

h προή-

καὶ ἀφαιρουμένων τὰ χρήματα, προήσεται ὡς παίγνια καὶ ἀστραγάλους ἀφαιρουμένους [h], καὶ ἀποθανεῖται ὡς ὑπὸ πυρετοῦ καὶ λίθου, οὐδὲν ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς ἀποκτιννύντας.

quod ſi facultates quoque eius auferre parent, eas ille non ſecus, quam ſi crepundia eripiant aut talos, dimiſſurus eſt; nec aliter morietur, quam ſi morbo aliquo, febri puta aut calculo, moriendum eſſet, neque mortis auctoribus ſuccenſebit.

ΛΟΓΟΣ ΙΘ΄.

Εἰ μαντικῆς οὔσης [i], ἔστι τὶ ἐφ' ἡμῖν.

Ὅτε οἱ Μῆδοι [k] ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστρατεύοντο, ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι τῷ Θεῷ, τί χρὴ δρᾶν,

DISSERT. XIX.

Vtrum, manente diuinatione, aliquid ſit in noſtra poteſtate.

Cum Medorum exercitus Graeciam inuaderet, ad oraculum Athenienſes confugerunt, vt ex Deo intelligerent, quid aduerſus

h προήσεται, ὡς παίγνια καὶ ἀστραγάλους, ἀφαιρουμένους,] Scribo ἀφαιρουμένοις· et diſtinguo quemadmodum vides. *dimittet* eas, *tanquam crepundia et talos, eripientibus*: non, *talos ereptos.* licet enim voce ἀφαιρούμενος ſaepe vtatur Maximus ſenſu Paſſiuo, tamen cum ἀφαιρουμένων in verbis modo praecedentibus Actiue poſuiſſet, ab ea ſignificatione in eadem ſententia vix, opinor, receſſiſſet, ſed dixiſſet potius ἀφαιρούντων· vt XXXVI. 5. κατεγέλα, ὥσπερ ἡμεῖς τῶν σμικρῶν παίδων, ἐπειδὰν ὁρῶμεν αὐτοὺς περὶ ἀστραγάλους σπουδάζοντας, τύπτοντάς καὶ τυπτομένους, ἀφαιροῦντας καὶ ἀφαιρουμένους. Deinde: pro πυρετοῦ καὶ λίθου, forte ſcribendum, ἢ λίθου· non enim vult dicere ab *vtroque* moriturum; ſed ab *vtrouis*. M.

DISSERT. XIX. *vulgo* III.

i Εἰ, μαντικῆς οὔσης,] Vulgo Περὶ τοῦ, εἰ μαντικῆς etc. Nos Reg. et Harleian. repraeſentamus. Hanc autem diſſertationem Latine vertit H. Grotius in libro, quo philoſophorum ſententias de Fato complexus eſt, p. 63. ſeqq.

Sectio α΄.

k οἱ Μῆδοι] Aeſchylus in Perſis v. 236.

Καὶ στρατὸς τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ
δὴ [Μήδους] κακά.

Vbi ſcholiaſtes, Μήδους δὲ, inquit, τοὺς Πέρσας εἴρηκεν. Sic paſſim

ἐπιόντος αὐτοῖς βαρβαρικȣ͂ ϛόλȣ, ἵππȣ Μηδικῆς, ἁρμάτων Περσικῶν, ἀσπίδων Αἰγυπτίων· εἵποντο δὲ καὶ σφενδονῆται Κᾶρες, καὶ ἀκοντιϛαὶ Παφλαγόνες, καὶ πελταϛαὶ Θρᾶκες, καὶ ὁπλῖται Μακεδόνες, καὶ Θετταλικὸν ἱππικόν· ἐχρῶντο ȣ͂ν τῷ Θεῷ οἱ Ἀθηναῖοι, τί χρὴ δρᾷν, ἐπιόντος ταῖς Ἀθήναις τοσȣ́τȣ κακȣ͂. Ὁ δὲ αὐτοῖς χρᾷ, Φράττεσθαι τὸ ἄϛυ ξυλίνῳ τείχει [k] Θεμιϛοκλῆς λέγει, ὅτι οἱ δοκεῖ τὸ ξύλινον τεῖχος αἱ τριήρεις εἶναι. Συνεδόκει ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀναϛάντες ἐκ τȣ͂ ἄϛεος ἐς τὸ τεῖχος τȣ͂ Θεȣ͂ μετῳκίσθησαν. Εἰ ȣ͂ν οἱ Ἀθηναῖοι τότε τῷ μὲν Θεῷ συμβȣλεύεσθαι περὶ τȣ́των ȣ̓κ ἤθελον, νȣ͂ν δὲ ἔχοντι ἀνδρὶ, καὶ δυναμένῳ

aduerſus tantam claſſis barbaricae vim faciendum ſibi eſſet: videbant equitatum Medorum, currus Perſarum, clypeos Aegyptiorum; ſequebantur et funditores e Caria, et ſagittarii e Paphlagonia, et velites e Thracia, et cataphracti e Macedonia, et equites rurſus e Theſſalia; quaeſiuerunt ergo ex oraculo illi, quidnam potiſſimum tanto in malo ſibi faciendum eſſet. Deus oraculum dat illis, vrbem vt ligneo muro cingerent. Videri ſibi Themiſtocles ait, ligneo muro triremes deſignari. Res Athenienſibus placuit, relictaque vrbe ſua, muros, quos oraculum iuſſerat, conſcenderunt. Si ergo hoc in diſcrimine nihil oraculi voce ſibi opus eſſe Athenienſes putaſſent; ſed prudentis potius viri, qui e re nata tum proprias

paſſim Thucydides et alii loquuntur. Adi ſis ſcholiaſten ad Ariſtophanis Aues v. 485.

k φράττεσθαι τὸ ἄϛυ ξυλίνῳ τείχει.] Ammianus Marcellinus XXIII. 5. *Oracula dubia legimus, quae non niſi caſus diſcreuere poſtremi; vt fidem vaticinii Delphici —— quae Athenienſibus ad certandum contra Medos oblique deſtinauerat mare.* Oraculi verba ſeruarunt Herodotus VII. 141. Philoſtratus Vit. Sophiſt. Prooem. p. 481. Luciani ſcholiaſtes ad Iou. Trag. tom. II. p. 12. et Theodoretus Ther. p. 140.

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ
εὐρύοπα Ζεύς.

Hinc emendandus eſt ſcholiaſtes Ariſtidis tom. II. p. 186. ed Oxon. apud quem Τριτογενεῖας perperam legitur. Vide Corn. Nepotem Themiſt. cap. II. Iuſtinum II. 12. Plutarchum Them. pag. 116. D. Dionem

ἐκλογίζεσθαι καὶ τὴν παροῦσαν δύναμιν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν παρασκευὴν, καὶ τὸν μέλλοντα κίνδυνον, καὶ τὴν ὑποφαινομένην ἀσφάλειαν· τί εἰκὸς συμβουλεῦσαι ἂν τὸν ἄνδρα τοῦτον καταδεέστερον τῆς χρησμῳδίας τοῦ Θεοῦ; Ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδὲ αἰνίγματος ἂν ἐδεήθη πρὸς αὐτοὺς, οὐδὲ τείχους ἀμφισβητησίμου· ἀλλ' εἶπεν ἂν ὧδέ πως· Ὦ Ἀθηναῖοι τῶν μὲν λίθων καὶ τῶν οἰκοδομημάτων ἐξίστασθε τῷ βαρβάρῳ, αὐτοὶ δὲ πανοικησίᾳ, αὐτοῖς παισὶν [1], καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ νόμοις, ἴτε ἐπὶ τὴν θάλατταν· ὑποδέξονται δὲ ὑμᾶς τριήρεις, ἱκαναὶ καὶ σώζειν φέρουσαι, καὶ νικᾶν μαχόμεναι.

β'. Τί δή ποτ' οὖν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τὰ μαντεῖα παραγίγνονται, ἀμελήσαντες τῆς παρὰ τοῦ ὁμοίου συμβουλῆς; Ἢ διότι γνώμη μὲν ἀνθρώπου ἐπισφαλὲς, καὶ ἄπιστον, καὶ ἐπίφθονον, καὶ κίβδηλον, καὶ οὐκ ἀεὶ ὅμοιον,

prias vires, tum hoſtiles recte perpendere, nec minus de periculo, quam de fiducia, ſi quam in virtute ſua repoſitam habebant, recte iudicare potuiſſet: minuſne ſapienter eum hominem reſponſurum fuiſſe putamus, quam oraculum? Meo iudicio nec obſcure loqui opus fuiſſet, nec de ambiguo muro egiſſet; ſed hoc potius modo ſententiam ſuam propoſuiſſet: Me auctore, hos lapides, Athenienſes, quos videtis, et hos muros, barbaro relinquetis; ipſi vero, cum tota familia veſtra, veſtrisque liberis, libertate item, ac legibus, ad mare ibitis: hic vos triremes excipient, quae et capere vos, et ſervare, et pugnare pro vobis, et victoriam vobis parere poterunt.

2. Cur ergo ad oracula confugiunt homines, nec potius ab hominibus conſilium petunt? An quia conſilium humanum, vt tutum minus, minusque certum, ita inuidiae obnoxium eſt, nec probum vsquequaque, aut ſui ſimile eſſe, et ad finem ſuum peruenire

Dionem Chryſoſtomum Orat. XXV. p. 281. denique Syneſium de Inſomn. p. 135. D. et noſtrum XXXV. 6. Rem tradit et auctor ὑποθήσεως in Perſas Aeſchyli p. 122.

1 αὐτοῖς παισὶν, [καὶ] ἐλευθερίᾳ,] Vulgo deeſt vox penultima, quam ſuppeditarunt Reg. et Harleian.

καὶ οὐκ ἐν παντὶ εὔστοχον· τὸ δὲ θεῖον κατὰ μὲν τὴν ὑπεροχὴν πιστὸν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δόκιμον, κατὰ δὲ τὴν πεῖραν εὔστοχον, κατὰ δὲ τὴν τιμὴν ἀνεπίφθονον; Θεοῦ δὲ μαντεία καὶ ἀνθρώπων νοῦς [m] (τολμηρὸν μὲν εἰπεῖν, φράσω δὲ ὅμως) χρῆμα συγγενὲς, καὶ εἴπερ τι ἄλλο ἄλλῳ ὅμοιον, οὐδὲν ἂν εἴη ἐμφερέστερον ἀρετῆς ἀνθρωπίνης γνώμη Θεοῦ. Μή τοίνυν ἀπόρει, μήθ' ὄντινα τρόπον τὸ αὐτεξούσιον τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης χρῆται μαντικῇ, μήθ' ὅπως, ἀληθευούσης τῆς μαντικῆς, δύναταί τι καὶ ἀνθρώπου γνώμη· περὶ γὰρ ὁμοίου πράγματος σκοπεῖς· τὸ γὰρ αὐτὸ ἐρωτᾷς, καὶ ἀπορεῖς, καὶ ἀναστρέφεις, ἐξὸν τὸ πᾶν διελέσθαι, ὡς δεῖ.

γ'. Οὔτε τὸ θεῖον πάντων εὔστοχον [n], οὔτε τὸ ἀνθρώπινον πάντων ἄστοχον· καὶ περὶ μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου

pervenire ſolet; diuinum contra, et praeſtantia ſua fidem ſibi, et veritate auctoritatem conciliat, nec vnquam a ſcopo ſuo aberrat, qui eo vtitur, et inuidiam humanam maieſtate ſua excedit? Imo praeſcientia diuina et mens humana (quamuis enim audacia ſit in verbo, dicetur tamen) res cognatae ſunt; vt ſi quid aliud vsquam, nihil ſit ſimilius, quam virtus hominis et conſilium Dei. Noli ergo dubitare poſthac, aut quomodo homo, cum liberi arbitrii ſit, diuinatione vtatur; aut quomodo, ſalua diuinationis veritate, aliquid humana ſeruet prudentia, quod in poteſtate ſua ſit poſitum; ſimillima enim ſunt de quibus agis: idem eſt, quod quaeris, quod in dubium vocas, quod voluis et reuoluis toties, cum ſine vlla moleſtia totum, vt oportet, poſſis diſtinguere.

3. Nec enim omnia ad finem ſuum diuina dirigit potentia, nec vbique a fine ſuo aberrat homo: et de humana quidem

Sectio β'.

m καὶ [ἀνθρώπων] νοῦς,] In Harl. eſt ἀνθρώπου νοῦς, quod rectius.

Sectio γ'.

n Οὔτε τὸ θεῖον πάντων εὔστοχον,] Deum ſummum eſſe παντοδαῆ, exceptis Epicureis et ſimilis farinae hominibus, ſtatuere philoſophi, praecipue vero Platonici. Vide Tob. Pfannerum Theol. Gent. cap. II. §. 29. et P. D. Huetium Alnet. Quaeſt. lib. II. cap. II. §. 16. Nam *confiteri eſſe Deum, et negare praeſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt*, quod ait Auguſtin.

νόμου καὶ αὖθις ῥητέον °. Τὸ δὲ Θεῖον δοκεῖ σοι γινώσκειν πάντα ἑξῆς, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ, καὶ τὰ τίμια καὶ τὰ ἄτιμα; Φείδομαι τῶν ῥημάτων, καὶ αἰδώς με τοῦ Θεοῦ ἔχει σεμνὸν γάρ τι τὸ παντα εἰδέναι, καὶ ἀριθμὸν

dem mente alias. Nunc illud audire ex te velim, vtrumne ſcire omnia diuinam mentem exiſtimes, turpia et honeſta, digna atque indigna. Equidem pudet me referre ſingula, ne minus digne de Deo loqui videar: res enim videlicet prae-

Auguſtin. C. D. v. 9. Scilicet Platonis erat ſententia, *numquam ſe Deum cum homine communicare*, ſed per daemonas *omnes praeſagiorum ſpecies regi*. Vide Apuleium de Deo Socr. pag. 673. 674. Ipſe Plato Sympoſ. pag. 327. G. Διὰ τούτου (δαιμονίου γένους) καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ —— Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται. Adi ſis et Alcinoum cap. XV. Martianum Capellam lib. II. p. 38. Porphyrium de Abſtin. II. 38. Plutarchum de Orac. Def. pag. 417. 418. ac Theodoretum Therap. X. pag. 136. 137. Hoc igitur effatum de Daemonibus, qui Dii paſſim nominantur, eſt intelligendum. Euripides Iphig. Taur. v. 570.

Οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι
Πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
Πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι
Κἀν τοῖς βροτείοις.

Sic Pſellus de Oper. Daem. p. 145. ſtatuit Daemonas πρόγνωσιν ἔχειν· πλὴν οὔτε τὴν αἰτιώδη καὶ νοερὰν, οὔτε τὴν ἐπιστημονικὴν, τὴν συμβολικὴν δὲ μόνην· διὸ καὶ διαπίπτειν ὡς τὰ πολλά. De horum vanitate dixit Minucius Felix Oct. cap. XXVI. XXVII.

Ibid. Οὔτε τὸ Θεῖον etc.] Hic, vt mihi videtur, non adeo feliciter diſtinxit Cl. Editor, qui nouam Sectionem ab his orditur, pendente adhuc Auctoris *Diuiſione*, cuius haec ſunt pars. Ita: τὸ γὰρ αὐτὸ ἐρωτᾷς, καὶ ἀπορεῖς, καὶ ἀναστρέφεις, ἐξὸν τὸ πᾶν διελέσθαι ὡς δεῖ, Οὔτε τὸ Θεῖον πάντων εὔστοχον, οὔτε τὸ ἀνθρώπινον πάντων ἄστοχον. Etiam, ſi velis, pone Sect. γ'. Καὶ περὶ μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου etc. M.

o περὶ μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου [νόμου] καὶ αὖθις ῥητέον.] Heinſius legit ἀνθρωπίνου νοῦ. Repone vero, περὶ μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου [μοι] καὶ αὖθις ῥητέον. Scilicet ἀνθρώπινον et θεῖον abſolute iam poſuit.

Ibid. τοῦ ἀνθρωπίνου νόμου] *Heinſius* legit νοῦ. ſpecioſius quidem hoc quam iſtud: ſed neutrum eorum a Maximo fuiſſe puto, quia Diuiſio eius erat, τὸ Θεῖον et τὸ Ἀνθρώπινον, non, τὸ Θεῖον et ὁ ἀνθρώπινος νοῦς vel νόμος. ablegenda igitur videtur vox inutilis, quae ortum forte habuit a praecedente ſyllaba νου. Pro ea Cl. Editor coniicit μοι. M.

ψάμμων p, καὶ θαλάττης μέτρα, καὶ ξυνιέναι ἀτόπȣ λέβητος ἑψομένȣ ἐν Λυδοῖς· καὶ δηλαδὴ πᾶσι τοῖς δεομένοις θεσπίζει ὁ Θεὸς τὸ ἀληθὲς μαθεῖν, καὶ συμφέρει, κἂν μέλλῃ q ὁ μαθὼν, ἄδικος ὢν, πλεονεκτήσειν. Δεινῶς τινα πολυπράγμονα ἡγῇ τὸν Θεὸν, καὶ περίεργον, καὶ εὐήθη, καὶ μηδὲν τῶν ἐν τοῖς κύκλοις ἀγειρόντων διαφέροντα, οἳ δυοῖν ὀβολοῖν τῷ προςτυχόντι ἀποθεσπίζȣσιν. Ἐγὼ δὲ μὴ ὅτι Θεὸν, ἀλλ' ȣδὲ ἄνδρα ἀγαθὸν ἀξιῶ ἐπιπηδᾶν τῷ ἀληθεῖ· ȣδὲν γὰρ σεμνὸν τὸ τἀληθῆ λέγειν, εἰ μὴ γίγνοιτο ἐπ' ἀγαθῷ τȣ̃ μαθόν-

praeclara eſt ſcire omnia, arenarum numerum, maris ſpatium, tum ſi qui forte abſurdus in Lydia lebes coquitur: nihil enim, vt illi volunt, quaerere aliquis poſſit, de quo non verum ipſum reſpondere poſſit Deus, ſiue id e re futurum ſit eius, qui quaerit, ſeu contra; nec refert, an iniuſtus aliquis oraculum accedat, vt praeter fas aliena inuadat. Equidem ardelionem potius mihi narras, quam Deum, mireque curioſum ac vanum; ſimilem mendicis illis, qui in triuiis ſtipem colligunt, et duobus obolis obuio cuique ventura praedicunt. Ego vero non Deo tantum, ſed et viro bono indignum eſſe puto, vt occaſione qualibet verum dicere occupet; nec enim res per ſe praeclara eſt verum dicere, niſi id cum vtilitate fiat eius,

p ἀριθμὸν ψάμμων,] Vide Diſſert. XVII. §. 6.

q θεσπίζει ὁ θεὸς τὸ ἀληθὲς μαθεῖν, καὶ συμφέρει, κἂν μέλλῃ] Lego θεσπίζει ὁ θεὸς. καὶ τὸ ἀληθὲς μαθεῖν συμφέρει etc.

Ibid. καὶ δηλαδὴ πᾶσι etc.] Non aſſequor huius ſententiae propoſitum, prout habet Contextus. Iſtud vero, καὶ συμφέρει, aenigma eſt. Clare autem video ex ſequentibus hic eſſe Dialogiſmum, et Obiectionem ab Aliquo illatam in iſtis καὶ δηλαδὴ etc. ideo ad priorem Editionem ita diſtinxeram, ἑψομένȣ ἐν Λυδοῖς. Καὶ δηλαδὴ πᾶσι etc. cui Obiectioni reſpondet Noſter verbis proxime ſequentibus, Δεινῶς τινα πολυπράγμονα etc. et pro καὶ συμφέρει, conieceram κἂν ȣ̓ συμφέρῃ, quia eo plane ducebat Maximi reſponſum infra, ȣ̓δὲν γὰρ σεμνὸν τὸ τἀληθῆ λέγειν, εἰ μὴ γίγνοιτο ἐπ' ἀγαθῷ τȣ̃ μαθόντος. His mihi ſaltem ſatisfeceram in obſcuro hoc loco. Cl. Editor legit, θεσπίζει ὁ Θεός· καὶ τὸ ἀληθὲς μαθεῖν συμφέρει etc. quod non intelligo. M.

r διαφέ-

τος. Οὕτω καὶ ἰατρὸς νοσȣ̃ντα ἐξαπατᾷ, καὶ ϛρατηγὸς ϛρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας, καὶ δεινὸν ȣ̓δέν. Ἀλλὰ ἤδη καὶ ψεῦδος ὤνησεν ἀνθρώπȣς, καὶ τἀληθὲς ἔβλαψεν. Εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι ἡγῇ εἶναι τὴν μαντικὴν, ἢ νȣ̃ν θεῖον, διαφέροντα τȣ̃ ἀνθρωπίνȣ ἀκριβείᾳ [r] καὶ βεβαιότητι, νόμιζε πολεμεῖν λόγον λόγῳ [s]. Εἰ δέ ἐϛιν ȣ̓δὲν ἀλλοιότερον, ἢ ὅσον τὸ ἐξ ἡλίȣ φῶς τȣ̃ ἐκ πυρὸς, φῶς δὲ ἑκάτερον· ἀγάπα μὲν τὸ λαμπρότερον, μὴ ἀτίμαζε δὲ τῇ διαιρέσει τὸ ἀμαυρότερον. Ἀλλ᾽ ἡγȣ̃ τὸ πᾶν τȣ̃το ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνȣ μȣσικȣ̃, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν Θεὸν, τὴν δὲ ἁρμονίαν αὐτὴν ἀρξαμένην [t] παρ᾽ αὐτȣ̃, δι᾽ ἀέρος ἰȣ̃σαν, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ ζώων, καὶ φυτῶν, ἐμπεσȣ̃σαν μετὰ

eius, qui audit. Ita ſaepe medicus aegros, dux exercitum, gubernator fallit nautas; nec hoc in iis reprehenditur. Quid, quod mendacia ſaepe proſunt hominibus, nocet contra veritas? Quare ſi aliud diuinationem eſſe exiſtimas, quam mentem diuinam, quae accurata ſtabilique ſcientia differt ab humana, eadem opera exiſtimare potes rationem cum ratione pugnare. Sin contra fateris non aliter differre haec duo, quam ſolis lumen a lumine ignis noſtri, cum vtrumque ſit lumen; per me licet vt id, quod magis lucet, praeferas, dummodo ne id, quod minus lucet, in diuiſione tua excludas. Quin potius ſic ſtatue: vniuerſum hoc harmoniam eſſe quandam inſtrumenti muſici, cuius artifex ſit Deus; eam autem harmoniam incipere a Deo, a Deo per aerem, per terram, per mare, per animalia omnia tranſire et plantas: quia autem ſimul ac digreſſa eſt a Deo, diuerſas, diſſimilesque naturas

r διαφέροντα τȣ̃ [ἀνθρωπίνȣ] Heinſius edidit διαφέροντα τȣ̃ ἀνθρώπȣ. At codices plerique dant τȣ̃ ἀνθρώπȣ, vnde τȣ̃ ἀνθρωπίνȣ bene repoſuit H. Stephanus, eamque coniecturam praeſtat Harleian. Quapropter ſic edidi.

s πολεμεῖν λόγον λόγῳ.] Vulgo λόγῳ λόγον. Contra codices.

t ἁρμονίαν αὐτὴν] Mallem diſtinguere et legere, τὸν Θεόν· τὴν δὲ ἁρμονίαν ταύτην, ἀρξαμένην etc. et paullo ante melius poneretur ὑποϛιγμὴ quam plena Diſtinctio poſt τὸ ἀμαυρότερον. M.

Sectio

τȣ̃το εἰς πολλὰς καὶ ἀνομοίȣς φύσεις, συντάττειν τὸν ἐν αὐταῖς πόλεμον· ὡς κορυφαία ἁρμονία, ἐμπεσȣ̃σα εἰς πολυφωνίαν χορȣ̃, συντάττει τὸν ἐν αὐτῇ θόρυβον.

δʹ. Τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς θείας τέχνης, ὀνόματι μὲν εἰπεῖν ȣ̓κ ἔχω, εἴσῃ δὲ αὐτῆς τὴν δύναμιν ἐξ εἰκόνος, οἷα δήποτε [u]. Ἐθεάσω νεῶν ἐρύσεις ἐκ θαλάττης ἄνω, καὶ λίθων ἀγωγὰς ὑπερφυῶν κατὰ μέγεθος, παντοδαποῖς ἑλιγμοῖς καὶ ἀναστροφαῖς ὀργάνων, ὧν ἕκαστον πρὸς τὸ πλησίον τὴν ῥώμην νειμάμενον [x], ἕτερον ἐξ ἑτέρȣ διαδεχόμενον τὴν ἀγωγὴν, κινεῖ τὸ πᾶν· καὶ τὸ μὲν ὅλον ἔχει τὴν αἰτίαν τȣ̃ ἔργȣ, συνεπιλαμβάνει δέ τι αὐτῷ καὶ τὰ μερικά [y]. Κάλει τοίνυν τεχνίτην μὲν τὸν Θεὸν, ὄργανα δὲ τȣ̀ς λογισμȣ̀ς τȣ̀ς ἀνθρωπίνȣς,

naturas inuenit, iis ſe miſcet, diuerſitatemque, quae in illis eſt, conciliat ac componit; non aliter, quam ſuprema harmonia diuerſitatem, quae in toto choro eſt, moderatur ac temperat.

4. Et modum quidem, quo diuina haec ars procedit, verbis exprimere non poſſum, delineare tamen qualicunque ſimilitudine poſſum. Vidiſtine vnquam naues in terram ſubduci, aut ingentes ſaxorum moles impelli? quod variis inſtrumentorum motibus conuerſionibusque fieri ſolet, quorum ſingula ſingulis vim addunt aliquam, atque inuicem ita mouentur, vt vniuerſum pondus promoueant. Hic enim cum tota inſtrumentorum compago id facere dicatur, aliquid tamen partes conferunt. Ita ſtatuatur ipſum artificem eſſe Deum, machinas

Sectio δʹ.

u ἐξ εἰκόνος, [οἷα δήποτε.] Heinſius emendat οἷας δήποτε. Harleian. dat ἢ οἷα. Reg. ἢ οἷα. Lege ἐξ εἰκόνος. [Ἢ ȣ̓] δήποτε ἐθεάσω — κινεῖ τὸ πᾶν;

x τὴν ῥώμην νειμάμενον,] Opinor ῥύμην, *impetum.* Heſychius. Ῥύμη, ὁρμή. ſaepe a Noſtro et aliis in hoc ſenſu vſurpata vox. τȣ̃ δρόμȣ τὴν ῥύμην, *impetum curſus*, Heliodorus IV. 4. Vide et Ach. Tatium lib. I. p. 45. vbi eadem varietas in Codicibus. M.

y συνεπιλαμβάνει δέ τι αὐτῷ καὶ τὰ μερικά. Κάλει etc.] Lege, καὶ τὰ μέρη. Κάλει etc. cui opponitur τὸ ὅλον, vt ſaepe. Syllaba vltima in μερικὰ eſt repetitio primae in κάλει: quod ſaepe accidit. M.

z τέχνην

τέχνην δὲ τὴν ἀνθρωπίνην σπῶσαν [z] ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀγωγὴν τῆς εἱμαρμένης. Εἰ δέ σοι καὶ σαφεστέρας εἰκόνος δεῖ, νόει μοι στρατηγὸν μὲν τὸν Θεὸν, στρατείαν δὲ τὴν ζωὴν, ὁπλίτην δὲ τὸν ἄνθρωπον, σύνθημα δὲ τὴν εἱμαρμένην, ὅπλα δὲ τὰς εὐπορίας, πολεμίους δὲ τὰς συμφορὰς, σύμμαχον δὲ τὸν λογισμὸν, ἀριστείαν δὲ τὴν ἀρετὴν [a], ἧτταν δὲ μοχθηρίαν, μαντικὴν δὲ τὴν τέχνην αὐτὴν τὴν

nas rationes humanas, humanam rurſus artem, quae nos ad fatale decretum trahit. Quod ſi magis etiam perſpicuam ſimilitudinem requiris, finge Deum eſſe ducem, militiam vitam noſtram, militem hominem, teſſeram fatum, arma facultates homini conceſſas, inimicos calamitates, ſocios belli rationem, victoriam virtutem, cladem improbitatem, diuinationem vero

z τέχνην δὲ τὴν [ἀνθρωπίνην] Vel aliquid deeſt, vti quidem cenſuit H. Stephanus; vel potius, quemadmodum puto, vox ἀνθρωπίνην in mendo cubat. Auctore, niſi fallor, volente, reſcribo τέχνην δὲ τὴν [θείαν πρόνοιαν,] σπῶσαν ἡμᾶς etc. Hierocles apud Photium cod. CCXIV. p. 552. Εἱμαρμένη τῶν ἐκβαινόντων κατὰ τὸν τῆς [προνοίας] θεσμὸν δικαστικὴ τοῦ θεοῦ ὑπάρχει ἐνέργεια, τάξει καὶ εἱρμῷ πρὸς τὰς προαιρετικὰς ὑποθέσεις τῶν αὐτεξουσίων ἔργων ἐπανορθουμένη τὰ καθ' ἡμᾶς. Vide ſis et Codicem CCLII. p. 1384.

Ibid. τέχνην δὲ τὴν ἀνθρωπίνην, σπῶσαν ἡμᾶς etc.] Dixi alibi (*Coniect. ad Lyſiae Orat.* XVI. pag. 576.) pro τὴν ἀνθρωπίνην legi debere τὴν μαντικήν: nec ſententiam muto. immo iam video Maximum non potuiſſe aliter ſcribere. niſi enim ita legatur, deerit *ipſa Res* cuius cauſſa Comparatio haec inſtituebatur, nempe μαντική. *Vates*, inquit, conſulimus, et eorum monitis paremus; non reputantes interea, hanc ipſam μαντικὴν eſſe Dei *artem* et methodum per quam *trahit* nos πρὸς τὴν εἱμαρμένην, *ad fatale decretum*, ad iſtud quod de nobis Prouidentia eius ante ſtatuerat et decreuerat. ſic in ſequenti ſimilitudine, a *Militia* ſumpta, μαντικὴν vocat, pariter atque in hac, τὴν τέχνην αὐτὴν etc. Mox, pro μοχθηρίαν ſcribe τὴν μοχθηρίαν. vide ſingula praecedentia. M.

a ἀριστείαν δὲ τὴν ἀρετὴν,] Paccius vertit, *fortitudinis praemium, virtutem.* Legit igitur ἀριστεῖον, quomodo reponendum putauit Heinſius. Male, prout arbitror; nam virtus non eſt fortitudinis praemium, ſed ipſa fortitudo.

Sectio

ἐκ τῆς παρασκευῆς ἐπιϛαμένην τὸ μέλλον. Καὶ γὰρ κυβερνήτης ναῦν ἔχων, καὶ εἰδὼς τὰ ὄργανα, καὶ τὴν θάλατ͵ταν ὁρῶν, καὶ αἰσθανόμενος τῶν πνευμάτων, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον· καὶ ϛρατηγὸς ϛρατόπεδον ἔχων, καὶ τὰ ὅπλα εἰδὼς, καὶ τῆς παρασκευῆς μεμνημένος, καὶ τῶν πολεμίων αἰσθανόμενος, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον· καὶ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα ἰδὼν, καὶ τῆς νόσȣ ξυνεὶς, καὶ τῆς τέχνης αἰσθανόμενος, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον. Ὁρᾷς τὸ πλῆθος τῶν μάντεων, ὡς σαφὲς, ὡς τεχνικὸν, ὡς εὔϛοχον. Εἰ μὲν ȣ̓͂ν τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν αὐτὸ ἦν καθ᾽ αὐτὸ, ἀπήλλακτο δὲ εἱμαρμένης, ȣ̓δὲν ἔδει μαντικῆς· εἰ δὲ ἀνακέκραται τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν τοῖς ὅλοις, μέρος ὂν καὶ τȣ͂το τῆς εἱμαρμένης, κατὰ μὲν τὸ ἀναγκαῖον ἡ μαντικὴ ϛήσεται, κατὰ δὲ τὸ δῆλον ἢ μὴ, βȣλὴ ἔσεται.

έ. Ἤδη δὲ καὶ τȣ͂ ἀναγκαίȣ γνώμη καὶ ἡ μαντικὴ [b] δηλωτική. Πῶς καὶ τίνα τρόπον ἑκατέρα; Αὐχμȣ̀ς

vero eſſe eam artem, quae ex apparatu praeſenti futura coniiciat. Gubernator enim, ſi nauem habeat, et inſtrumenta norit, quae requiruntur, ſi mare inſpiciat, ventos obſeruet, quid futurum ſit nouit: dux, ſi exercitum habeat, et arma ſua ſciuerit, et de neceſſario apparatu cogitauerit, et hoſtium adventum praeuiderit, exitum nouit, et medicus, ſi aegrum videat, et morbum intelligat, et artis ſuae ſibi ſit conſcius, quid futurum ſit, non neſcit. Vides quanta ſit hariolorum copia, quam certa, quam artificioſa, quam prudens. Si igitur, quod in poteſtate noſtra eſt, ex ſeipſo tantum penderet, non opus eſſet diuinatione: cum vero id ipſum cum toto cohaereat, tanquam pars quaedam et ipſa fati, id, quod neceſſitati ſubiicitur, diuinationem ſtatuat; quod vel certitudinem vel incertitudinem rei futurae reſpicit, conſultationi ſubiiciatur.

5. Quid, quod de neceſſariis quoque, et humana mens, et diuina iudicat ſcientia? Quomodo, dices, vtraque? Sane ſiccitates,

Sectio ε.

b *γνώμη καὶ ἡ μαντικὴ*] Videtur deeſſe ἡ ante γνώμη, vt in ſequenti. Γνώμη vero hoc loco eſt *Humana mens:* niſi deſit vox ἀνθρωπίνη vel ἀνθρώπȣ, quemadmodum ſemper alibi in hac Diſſertatione loquitur. infra quidem

μὲν, καὶ ἐπομβρίας [c], καὶ σεισμὸς γῆς, καὶ πυρὸς ἐκβολὰς, καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς, καὶ ἀέρων μεταβολὰς ὁ Θεὸς οἶδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσοι δαιμόνιοι. Οὕτω καὶ Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε [d], καὶ Ἱπποκράτης Θετταλοῖς προσιόντα λοιμὸν [e],

ſiccitates, pluviarum penuria, et terrae motus, et eruptiones ignium, et ventorum impetus, et mutationes aeris, non Deus praeuidet tantum, ſed et diuini ingenii viri. Ita terrae motum Pherecydes Samiis, et imminentem peſtem Theſſalis Hippo-

quidem ſect. 8. ponit τοῖς λογισμοῖς ſimpliciter pro *humanis ratiocinationibus*, et opponit eas τῇ μαντικῇ. ſed, quod magis mirum eſt, ſect. 6. τὴν ἀρετὴν, ſi ſana ſit vox, dicit ſimpliciter pro τὴν τοῦ νοῦ ἀνθρωπίνου (vel τῆς γνώμης ἀνθρωπίνης) ἀρετὴν· vbi itidem opponitur ἡ μαντική. Sed in hac libertate vſus verborum Magiſtrum ſuum Platonem ſequebatur, prout ipſe de ſe fatetur Diſſ. XXVII. 4. M.

c Αὐχμὸς μὲν, καὶ [ἐπομβρίας,] Vulgo ἀνομβρίας, in quam vocem eadem cadit poteſtas ac in αὐχμὸς, vt hoc modo pura puta fiat ταυτολογία. Harleian. ἐπομβρίας, quod *imbrium copiam* denotat; idque, cum commodiſſimum ſit, recepi. Ariſtophanes Nub. v. 1118.

Ὥστε μήτ' [αὐχμὸν] πιέζειν,
μήτ' ἄγαν γ' [ἐπομβρίαν.]

Alciphron. III. 35. [Αὐχμὸς τανῦν — δεῖ δὲ ἐπομβρίας. Pariter ἐπομβρίας καὶ αὐχμὰς coniunxerunt Hipparchus apud Stobaeum Serm. CVI. p. 573. et Sextus Empiricus aduerſus Mathem. lib. v. §. 2. Aretaeus de Cauſis et Signis Acut. Morb. lib. II. cap. 4. Ὁ δὲ αὐχμὸς ἐς [ἐπομβρίην] τρέπεται. Ad quem Petitus haec Diogenis Laertii verba laudauit. Heraclitus, τῶν ἰατρῶν αἰνιγματώδως ἐπυνθάνετο, εἰ δύναιντο ἐξ [ἐπομβρίας αὐχμὸν] ποιῆσαι. exſtant IX. 3. Hippocrates Aphor. III. 15. Οἱ αὐχμοὶ τῶν [ἐπομβριῶν] εἰσὶν ὑγιεινότεροι. Vide ſis et Aphoriſm. XVI.

d Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε,] Cicero de Diuinat. 56. *Pherecydes, cum vidiſſet hauſtam aquam de puteo, terrae motum dixit inſtare.* Sic et II. 13. ac Plinius H. N. lib. II. §. 81. Pherecydi pariter hoc adſcribunt Apollonius Mirab. cap. V. Diogenes Laertius I. 116. et Theopompus: aſt Andron Pythagorae. Vide Euſeb. P. E. X. 3. Cum Androne faciunt Iamblichus Vit. Pyth. cap. XXVIII. §. 136. et Porphyrius §. 29. Ammian. vero Marcellinus XXII. 16. Anaxagorae hoc idem tribuit.

e Ἱπποκράτης Θετταλοῖς προσιόντα [λοιμὸν,] Vulgo λιμόν. At Reg.

καὶ Τιμήσιος Κλαζομενίοις ἐκλείποντα ἥλιον [f], καὶ ἄλλοι ἄλλο τι [g]. Πῶς δὲ δὴ καὶ Θεὸς τὰ ὅσα ἐφ' ἡμῖν καταμαντεύεται;

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ [h],

Hippocrates, et defectum ſolis Clazomeniis Timeſias, aliusque aliud praedixit. Quomodo contra,; quae in poteſtate noſtra ſunt, praedicit Deus?

Ne liberis incumbito, inuito Deo,

ait

Reg. Harleian. et Paccii codex λοιμὸν repraeſentant. Ac merito quidem; nam Hippocrates *venientem ab Illyriis* peſtilentiam *praedixit*, auctore Plinio VII. 37. Res a Sorano Vit. Hippocr. p. 1. 2. plenius hoc modo narratur: Εἰς τὴν Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων βαρβάρων γῆν [λοιμȢ] κατασκήψαντος, καὶ δεομένων τῶν ἐκεῖ βασιλέων πρὸς αὐτὸς ἐλθεῖν, παρὰ τῶν πρέσβεων τίνα ἦν ἐκεῖ τὰ πολλὰ τῶν πνευμάτων μαθὼν, ἐκείνȢς μὲν ἀπράκτȢς ἀπέπεμψε. συλλογισάμενος καὶ τὸν νόσον ἐπὶ τὴν [Ἀττικὴν] ἥξειν, προειπὼν τὸ γενησόμενον, καὶ τῶν πόλεων, καὶ τῶν μαθητῶν ἐπεμελήθη. Prior hos locos adduxit Heinſius. Notare vero praetermiſit vir ille doctus, hoc beneficium a Theſſalo Hippocratis filio fuſiſſime memoratum eſſe in Orat. ad Athen. tom. I. Oper. Hippocr. pag. 6.

f [Τιμήσιος] Κλαζομενίοις ἐκλείποντα ἥλιον,] Vulgo Τιμάσιος, at in Reg. et Harleian. Τιμήσιος legitur, ac ſic edidi, cum Κλαζομένιος Τιμήσιος Herodoto memoretur I. 168. Heinſio placet Τιμησίας, quia Timeſiae Clazomenii meminit Plutarchus Πολιτ. Παραγγ. tom. II. p. 812. Eiusdem meminit etiam Περὶ πολυφιλίας p. 96. B. vt et Aelianus V. H. XII. 9. Verum non eſſe cur a Mſs. recedatur, iam vidimus. Atque celebris eſt in Hiſtoria Eccleſiaſtica non hic, ſed alter Τιμάσιος· vt vel inde liqueat nomen eſſe ſatis Graecum. Vide Sozomenum H. E. VIII. 7. Philoſtorgium X. 8. et Suidam in Γαῦρος et in Τιμάσιος.

g [ἄλλοι] ἄλλο τι.] Vulgo ἄλλος. Mſs. lectionem nos exhibemus.

h δαιμόνων [βίᾳ,] Vulgo δαιμόνων ἄτερ. At cum daret Harleian. δαιμόνων βίᾳ περ, non difficulter intelleximus ἄτερ ex Gloſſemate promanaſſe, legique debere δαιμόνων βίᾳ, prout habet Euripides Phoeniſſ. v. 18. et ex eo Lucianus Iou. Conf. tom. II. p. 124. Origines in Celſum p. 73. Zenobius II. 68. ſcholiaſtes ad Ariſtophanis Ranas v. 1216. ac auctor Argumenti, quod Aeſchyli Septem contra Thebas praeponitur. Δαιμόνων βίᾳ, *inuitis Diis*. Euripides Phoeniſſ. v. 875.

'Εξ

ὁ Θεὸς λέγει·

Ἢν γὰρ φυτεύσῃς [i] παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.

Ταῦτα λέγει μὲν, ἀλλὰ οἶδεν ἀνδρὶ συμβουλεύων ἀκολάστῳ καὶ ἀκρατεῖ μέθης, καὶ διὰ τοῦτο προλέγει τὴν συμφοράν· ἧς παρέσχε μὲν τὴν ἀρχὴν ὁ Λάϊος, ἐγνώρισε δὲ τὴν αἰτίαν ὁ Θεός.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς [k] μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει· ὅτι μὲν διαβήσεται οὐ λέγει, τὶ δὲ πείσεται διαβὰς, λέγει. Εἰ δὲ ἀπαλλάξεις τῆς συμπλοκῆς, καὶ διοική-

ait Deus;

Natus parentem namque mactabit ſuum.

Haec dicit quidem, non ignorat tamen intemperanti et vinoſo homini conſilium ſe dare, ideoque futuram calamitatem praedicit: cuius cauſam Laius praebuit, Deus praedixit.

Croeſus Halyn penetrans magnam peruertet opum vim: tranſiturum eum eſſe non dicit; ſed quid poſt tranſitum euenturum ei ſit, dicit. Quod ſi oraculum diuinum, mentemque humanam

Ἐξ οὗ τεκνώθη Λάϊος [βίᾳ θεῶν.]

Et Iphig. in Aulide v. 702.

Θεοῦ διδόντος, οὐ [βίᾳ θεῶν] λαβών.

Aeſchylus in Septem contra Thebas v. 537.

Ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων, [βίᾳ Διός.]

Vide et v. 751. Arrianus Exped. Alex. III. 2. Καὶ Χίων ὅτι δὴ ὁ δῆμος ἐπηγάγετο σφᾶς [βίᾳ] τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, *Inuitis iis, qui tenebant vrbem.* Locum peſſime ceperunt interpretes.

Ibid. δαιμόνων βίᾳ] Vide quae dixi in Praefatione. M.

i Ἢν γὰρ φυτεύσῃς] Vulgo Εἰ γὰρ φυτεύσεις. At codices eam, quam repraeſentamus, exhibent lectionem. Euripides Phoeniſſ. v. 19. Εἰ γὰρ τεκνώσεις. Ac ita Lucianus tom. II. p. 124. Alcinous Doct. Plat. cap. XXVI. Vetus auctor ὑποθήσεως Aeſchyli Septem contra Thebas, ſcholiaſtes ad Ariſtophanis Ranas v. 1216. Origenes in Celſum p. 73. et alii. Sed hunc locum noſter ex memoria laudauit.

k Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς] Exſtat apud Herodotum I. 53. Ariſtotelem Rhet. III. 5. ſcholiaſten ad Euripidis Oreſten v. 165. aliosque multos. Vide nos ad Ciceronis de Diuin. II. 56.

σεις μαντικὴν Θεȣ̃, καὶ ἀνθρώπȣ νȣ̃ν [l], διέλυσας ἁρμονιῶν τὴν μȣσικωτάτην [m].

cor dicit; *percelli et furere non ſecus, quam Bacchae ſolent, amore Alcibiadis; ad Autolycum non aliter, quam noctu ad lumen aliquod, ſe conuertere oculos?* Rurſus in ſua, quam ex optimis ciuibus conſtituit, republica, cum de praemiis virtutis ſancit leges, non coronas, aut ſtatuas, reliquasque Graecorum naenias dat illis; ſed vt praeſtantiſſimo liceat pulchrum amare adoleſcentulum, quem ipſe voluerit. O praemium admirabile! Iam in fabula, quam de amore finxit ipſe, quomodo deſcripſit eum? turpem videlicet aſpectu, pauperem, eiusdem

ἱματίου, καὶ ἐφλεγόμην, καὶ οὐκ ἔτ' ἐν ἐμαυτῷ ἦν. Et huc reſpexit Athenaeus lib. V. p. 187. F. Idem fortaſſe ſenſus eſt, ſed locutiones immane quantum diſcrepant.

x ἐπτοῆσθαι δὲ καὶ ἐνθουσιᾶν, καθάπερ τὰς Βάκχας, ἐπὶ Ἀλκιβιάδῃ] Aeſchines apud Ariſtidem tom. III. p. 34. Socratem dicentem facit, Ἐγὼ δὲ διὰ τὸν ἔρωτα, ὃν ἐτύγχανον ἐρῶν Ἀλκιβιάδου, οὐδὲν διάφορον τῶν Βακχῶν ἐπεπόνθειν. Et v. c. Ioan. Clerico hunc locum Maximus in animo videtur habuiſſe.

y [ἐπεστρέφθαι] δὲ ἐπ' Αὐτόλυκον τὰ ὄμματα,] Vulgo ἐπιστρέφεσθαι. Noſtram vero lectionem dant Reg. et Harleian. a ſecunda manu. Xenophon in Sympoſ. cap. I. 9. Ὥσπερ ὅταν φέγγος τι ἐν νυκτὶ φανῇ πάντων προσάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τότε τοῦ Αὐτολύκου τὸ κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν. Inter conuiuas autem Socrates erat, vt Heinſius memoriam noſtro fraudi fuiſſe nullo iure cenſuerit. Xenophontis verba nonnihil immutata repetit Athenaeus lib. V. p. 188. A.

z ἐξεῖναι φιλεῖν τῷ ἀρίστῳ,] Lucianus, Vit. Auct. tom. I. p. 380. Ἀγορ. Τί δὲ περὶ τῶν ἐν ὥρᾳ παίδων σοι (Σωκράτει) δοκεῖ; Σωκρ. Καὶ οὗτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις. Vide Platonem lib. V. de Rep. pag. 464. A.

a αἰσχρὸν ἰδεῖν, etc.] Vide Platonis Sympoſ. p. 328. B.

b γόητα

τάτω τῆς ἑαυτȣ̃ τύχης, ἀνυπόδητον, χαμαιεύνην, ἐπίβȣλον, θηρευτικὸν, Φαρμακέα, σοφιςὴν, γόητα ἀτεχνῶς· οἷα εἰς αὐτὸν [b] Σωκράτην ἔσκωπτον ἐν Διονυσίοις οἱ κωμῳδοί. Ἔλεγε δὲ ταῦτα μόνον ȣ̓κ [c] ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ οἴκοι καὶ δημοσίᾳ, ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν Πειραιεῖ, ἐν ὁδῷ, ὑπὸ πλατάνῳ, ἐν Λυκείῳ. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἄπαντα ἀποποιεῖται εἰδέναι, καὶ τȣ̀ς περὶ ἀρετῆς λόγȣς, καὶ τὰς περὶ θεῶν δόξας, καὶ τὰ ἄλλα ἄπαντα [d], ἐφ' οἷς οἱ σοφιςαὶ ἐκόμων· τὴν δὲ ἐρωτικὴν τέχνην ὑποδὺς, ταύτης καὶ ἐπιςήμων εἶναι [e], καὶ πραγματεύεσθαι περὶ αὐτὴν ἔλεγε.

eiusdem fere fortunae cuius ipſe eſſet, diſcalceatum, humicubum, inſidiatorem, qui ſemper venaretur aliquid, veneficum, ſophiſtam, praeſtigiatorem denique, et quicquid ipſi Socrati Dionyſiis obiicere ſolebant comici. Et haec quidem propemodum in medio Graecorum omnium, ſed et priuatim et publice, in conuiuiis, in Academia, in Piraeeo, in via, ſub platano dicebat ſua, et in Lyceo. Adde, quod reliquarum rerum negat ſe ſcire quicquam, nec quae de virtute, nec quae de Diis traduntur, neque quicquam denique eorum, quae cum faſtu profitebantur ſophiſtae; ſolum tamen amatoriae ſcientiae nomen artemque ſibi vindicat, in ea quotidie occupari ſe fatetur.

5. Quid

b γόητα ἀτεχνῶς· οἷα εἰς αὐτὸν etc.] Diſtinguendum, σοφιςὴν, γόητα· ἀτεχνῶς, οἷα etc. *plane qualia.* ſic Diſſ. XXII. 1. ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐπὶ δικαςῶν καθισαμένῳ Saepe occurrit haec vox initio ſententiae. M.

c μόνον ȣ̓κ] Videtur poni pro vſitatiori ȣ̓ μόνον, quia ſequitur ἀλλὰ καὶ. Sed et adhuc reſtat aliquid difficultatis. opponuntur enim ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν et δημοσίᾳ, quae certe non ſunt Oppoſita, ſed fere Synonyma: et iis recte ex aduerſo reſpondet οἴκοι. vnde ſuſpicor nos hic quoque habere Lectiones Duarum Editionum. perſpicua enim omnia fuiſſent ſi *vtrouis* modo ſcripſiſſet, ἔλεγε δὲ ταῦτα ȣ̓ μόνον ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ οἴκοι· vel, ȣ̓ μόνον δημοσίᾳ, ἀλλὰ καὶ οἴκοι· ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, etc. Coniicio δημοσίᾳ fuiſſe Lectionem prioris Editionis: pro qua ſubſtitutum eſſe ab Auctore, ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν. M.

d ἄλλ' ἄπαντα] Sic Mſs. non ἄλλα πάντα, quemadmodum vulgo.

e ταύτης καὶ ἐπιςήμων εἶναι,] Socrates

ε. Τί βϐλεται τῷ Σωκράτει ταυτὶ τὰ κομψὰ, εἴτε αἰνίγματα, εἴτε εἰρωνεύματα, ἀποκρινάσθω ἡμῖν ὑπὲρ τϐ Σωκράτϐς Πλάτων, ἢ Ξενοφῶν, ἢ Αἰσχίνης, ἤ τις ἄλλος τῶν ὁμοφώνων αὐτῷ. Ἐγὼ μὲν γὰρ θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι, ὅπως τὰ μὲν [f] Ὁμήρϐ ἔπη τῆς θαυμαστῆς πολιτείας καὶ τροφῆς τῶν νέων ἀπεπέμψατο αὐτῷ Ὁμήρῳ, στεφανώσας ϐ τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας

5. Quid ſibi volunt iſti tam verniles, ſiue luſus, ſiue aenigmata, o noſter Socrates? Reſpondeat nobis pro Socrate, vel Plato, vel Xenophon, vel Aeſchines, eiusue familiarium alius quiuis. Ego certe miror et obſtupeſco, cum cogito, Socratem ex admirabili illa ſua republica procul ab educatione iuvenum, cum corona et vnguento, vt ipſe loquitur, ablegaſſe Homerum, non aliam ob cauſam, quam licentiam illam

Socrates apud Platonem in Sympoſ. p. 317. C. Οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι, ἢ τὰ ἐρωτικά. Adeatur Themiſtius Orat. XIII. pag. 161.

Sectio ε.

f ὅπως τὰ μὲν etc.] Longa haec ῥῆσις fallet inattentum Lectorem. ſuſpenditur, neque exit ante vocem Αὐτὸς, longe infra. hoc modo connectitur: Ἐγὼ γὰρ θαυμάζω, ὅπως (Σωκράτης) τὰ ΜΕΝ Ὁμήρϐ ἔπη τῆς πολιτείας ἀπεπέμψατο, αὐτὸς ΔΕ Σωκράτης ὕτω σφαλερϐς λόγϐς ταῖς αὐτϐ ὁμιλίαις ἀνεκέρασεν. vnde patet diſtinguendum eſſe infra, Σωκράτης δὲ ἐμέμψατο· αὐτὸς δὲ δὴ Σωκράτης etc. non vero ponendam eſſe plenam diſtinctionem poſt ἐμέμψατο. M.

g στεφανώσας τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας μύρῳ,] Minucius Felix Octav. cap. XXII. *Et Plato ideo praeclare Homerum illum inclytum*, laudatum et coronatum, *de ciuitate, quam in ſermone inſtituebat*, *eiecit.* Legendum videtur, *vnctum et lana coronatum.* Vide ſupra Diſſert. XXIII. 3.

Ibid. αὐτῷ Ὁμήρῳ στεφανώσας etc.] Lege, αὐτῷ Ὁμήρῳ, ἐρίῳ στεφανώσας τὸν ποιητὴν, καὶ χρίσας μύρῳ. Vox ἐρίῳ amittebatur in praecedentibus literis ήρῳ. Sumptum ex notiſſimo Platonis loco lib. III. *de Republica:* ἀποπέμποιμέν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν, μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, καὶ ἐρίῳ στέψαντες. vbi tamen non de *Homero* nominatim aut ſpeciatim loquitur, (quemadmodum hoc loco Maximus, et alii fere accipiunt) ſed de *quouis* Poeta vel Imitatore. Huc adludit Noſter ſupra, Diſſ. XXIII. 3. ἀλλὰ χρὴ στέψαντας ἐρίῳ τὸν ἄνδρα, καὶ χρίσαντας μύρῳ, ἀποπέμπειν παρ' ἄλλως.

μύρῳ, αἰτιασάμενος τὴν παῤῥησίαν τῶν ἐπῶν· ὅτι ὁ Ζεὺς πεποίηται [h] αὐτῷ τῇ Ἥρᾳ μισγόμενος ἐν τῇ Ἴδῃ, νεφέλης αὐτοὺς καλυπτούσης ἀθανάτου, καὶ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης συνουσία, καὶ Ἡφαίστου δεσμὰ, καὶ θεοὶ πίνοντες, καὶ γελῶντες θεοὶ ἄσβεστον γέλωτα, καὶ Ἀπόλλων φεύγων, καὶ Ἀχιλλεὺς διώκων,

Αὐτὸς θνητὸς [i] ἐὼν, θεὸν ἄμβροτον.

καὶ ὀδυρόμενοι θεοί.

Ὤμοι ἐγὼν [k], ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν,

ὁ Ζεὺς λέγει· καὶ αὖθις αὖ,

illam, qua in poeſi ſua vſus eſt: vt cum Iouem inducit, qui ſub immortali nebula Iunonem ſuam amplectitur in Ida monte; vt cum Martis Venerisque congreſſum, et Vulcani deſcribit vincula; cum Deorum compotationes, et effuſos riſus, quod Apollo fugiat, Achilles ſequatur,

Mortali de ſtirpe, Deum:

quod Dii lamententur;

Hei mihi, Sarpedon, animi lux vnica noſtri,
Occidit,

ait Iupiter; et rurſus,

Hei

λου. Et tamen video eandem omiſſionem huius vocis ἐρίῳ. apud Ioſephum lib. II. contra Apion. ſect. 36. p. 1386. Ed. Hudſon. ὁ Πλάτων οὔτε τῶν ἄλλων οὐδένα ποιητῶν φησι δεῖν εἰς τὴν πολιτείαν παραδέχεσθαι, καὶ τὸν Ὅμηρον εὐφήμως ἀποπέμπεται, στεφανώσας, καὶ μύρον αὐτοῦ καταχέας. Parum accurate haec Ioſephus. nihil enim apud Platonem de Homero *diſtincte* a caeteris omnibus poetis: et vox στεφανώσας hoc loco non eſt ad rem niſi addatur *materies* ex qua corona fieri debuit, prout in Platonis loco recte fit: alioquin στεφανώσας foret *floribus coronans.* et ſi Plato ſcripſiſſet, καὶ αὐτοῦ καταχέας, omiſſa voce μύρον, inepte admodum ſcripſiſſet: eadem vero eſt ratio et neceſſitas vocis ἐρίῳ et vocis μύρον. Feſtinanter igitur Ioſephus in voce στεφανώσας: et de caetero, errauit cum vulgo, non inſpecto Platonis loco M.

h ὅτι ὁ Ζεὺς πεποίηται] Haec, et quae ſequuntur, notat Socrates apud Platonem de Rep. lib. III. p. 433, 434. Vide Cyrillum in Iulian. lib. II. p. 40.

i Αὐτὸς θνητὸς] Iliad. χ'. 9.

k Ὤμοι ἐγὼν,] Iliad. π'. 433.

l Ὤμοι

Ὤμοι ἐγὼ δειλή [l], ὤμοι δυσαριστοτόκεια,

ἡ Θέτις λέγει· καὶ ὅσα ἄλλα ἐπὶ τούτοις Ὅμηρος μὲν ἠνίξατο, Σωκράτης δὲ ἐμέμψατο. Αὐτὸς δὲ δὴ Σωκράτης ὁ ἐραστὴς μὲν τῆς σοφίας, πενίας δὲ κρείττων, ἡδονῆς δὲ ἐχθρὸς, ἀληθείας δὲ φίλος, οὕτω σφαλεροὺς καὶ κινδυνώδεις λόγους ταῖς αὐτοῦ ὁμιλίαις ἀνεκέρασεν, ὥστε τὰ Ὁμήρου αἰνίγματα πόῤῥω πάνυ εἶναι τῆς αἰτίας, τοῖς ἐκείνου παραβαλλόμενα. Αὐτίκα καὶ ὁ μὲν [m] περὶ τοῦ Διὸς τοιαῦτα ἀκούσας, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Θέτιδος; καὶ τοῦ Ἡφαίστου, καταμαντεύεται τοῦ λόγου, ὡς φησὶ μὲν ταῦτα, ἕτερα δὲ αἰνίττεται· καὶ παρεὶς τῇ ἀκοῇ τὸ τερπνὸν, συναγωνίζεται τῷ ποιητῇ, καὶ συνεξαίρεται τῇ φαντασίᾳ, καὶ συναναπλάττει τὸν λόγον, ἀπ-

Hei mihi, cui natus pariter praeſtansque, miſerque,
Contigit,

Thetis dicit; et caetera, quae ab Homero alia mente dicuntur, reprehenduntur a Socrate. Ipſe tamen Socrates, ille philoſophiae amator, paupertatis contemptor, hoſtis voluptatis, amicus veritatis, lubricos adeo periculoſosque diſputationibus ſuis miſcuit ſermones; vt merito excuſari fabulae Homericae poſſint, ſi cum illis conferantur. Statim enim quicumque eiusmodi, vel de Ioue, vel de Apolline, vel de Thetide, vel Vulcano audit; non aliter, quam in oraculo, aliud verba dicere, aliud ſignificare intelligit: itaque auribus voluptatem indulget, animo vero cum poeta certat, et imaginationem ſuam altius attollit, et ipſe quoque quaſi adiuvat figmentum; commoditatem denique fabulae ac iucunditatem amplectitur, nec

l Ὤμοι ἐγὼ δειλή,] Iliad. Σ'. 54.

m αὐτίκα καὶ ὁ μὲν etc.] Scripſit, opinor, Librarius, αὐτίκα καὶ ὁ μὲν, calami errore praecedentem ſyllabam repetens; quod omnibus accidit qui aliquid tranſcribunt. inde factum καὶ a proximo exſcriptore. Legendum vero, αὐτίκα· ὁ μὲν περὶ etc. et vertendum, *exempli gratia*, vt ſect. 8. Αὐτίκα· ἐν πρώτῳ λόγῳ etc. vbi iterum male vertitur *ſtatim*. XXVII. 6. Αὐτίκα· Ἕλληνες μὲν καὶ Πέρσαι etc. vbi recte vertitur. Plura notaui *ad Lyſiae Orat.* XIX. p. 348. Et obſeruatu dignum, quotieſcumque occurrit vox αὐτίκα hoc ſenſu apud Veteres toties fere in verſione eius erratum eſt. M.

ιςῶν ὁμȣ̃ καὶ χαίρων τῇ τῆς μυθολογίας ἐξȣσίᾳ. Ὁ δὲ Σωκράτης ἡμῖν ἐπ' ἀληθείᾳ διατεθρυλλημένος, ἐπισφαλέστερος ἐν οἷς αἰνίττεται, διὰ τὸ ἀξιόπιστον [n] μὲν ἐν τοῖς λόγοις, δυνατὸν δὲ τῇ μιμήσει [o], ἀνόμοιον δ' ἐν τοῖς ἔργοις. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸς αὐτῷ ὅμοιος ὁ Σωκράτης ἐρῶν τῷ σωφρονȣ̃ντι, καὶ ὁ ἐκπληττόμενος τȣ̀ς καλȣ̀ς τῷ ἐλέγχοντι τȣ̀ς ἄφρονας· ὁ Λυσίȣ τῶν ἐρωτικῶν ἀντίτεχνος, ὁ Κριτοβȣ́λȣ ἁπτόμενος [q], ὁ ἀπὸ κυνηγεσίȣ

nec licentiam admittit tamen animo ac credit. At vero Socrates, qui vbique a veritatis commendatur ſtudio, magis periculoſas fingit fabulas, vel propter ſummam auctoritatem viri, vel vim imitationis ſingularem, vel quod re ipſa abhorrere ab amore videatur. Quid enim diſſimilius Socrate, cum de amore et de temperantia loquitur? cum ad pulchrorum aſpectum quaſi percuſſus deficit, libidinoſos reprehendit? cum amatoriam Lyſiae orationem refutat, cum Critobulum reprehendit;

n ἐπισφαλέστερος ἐν οἷς αἰνίττεται, διὰ τὸ ἀξιόπιστον] Vulgo [καὶ] διὰ τὸ ἀξιόπιστον. Cum vero prima vox παρέλκῃ, nec eam agnoſcant Reg. et Harleian. illam furcillis eiecimus.

o δυνατὸν δὲ τῇ μιμήσει] Potius, ὃ ἐν τῇ μιμήσει, vt ἐν τοῖς λόγοις, et ἐν τοῖς ἔργοις. Caeterum μιμήσει iſtud ſuſpectum habeo, quia ex lib. III. *de Repub.* et initio Decimi, ſcio Socratem damnare μίμησιν, et ex Republica ſua ablegatam velle. Forte, συνετὸν δ' ἐν τῇ νοήσει, vt IX. 3. de Socrate: ἀγαθὸς εἰπεῖν, ΣΥΝΕΤΟΣ ΝΟΗΣΑΙ M.

p ὁ Λυσίȣ τῶν ἐρωτικῶν ἀντιτέχνος,] Vide Platonis Phaedrum pag. 340. ſeq.

q ὁ Κριτοβȣ́λȣ ἁπτόμενος,] Heinſius vertit, *cum Critobulum reprehendit*, eodemque ſenſu Paccius. At, niſi fallor, alia vis illi verbo tribuenda eſt: reſpicit enim noſter, vt opinor, ad Xenophontem in Sympoſ. cap. IV. 27. 28. vbi Charmides ad Socratem, Αὐτὸν δὲ σε ἐγὼ εἶδον, ὅτε παρὰ τῷ γραμματιςῇ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀμφότεροι ἐμβατεύετέ τι, καὶ τὸν ὦμον γυμνὸν πρὸς γυμνῷ τῷ Κριτοβȣ́λȣ ὤμῳ ἔχοντα. Καὶ ὁ Σωκράτης, φεῦ, ἔφη, ταῦτ' ἄρα, ἔφη, ἐγὼ, ὥσπερ ὑπὸ θηρίȣ τινὸς δεδηγμένος, τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμά τι ἐδόκȣν ἔχειν. Interpreteris igitur oportet, *cum Critobulum tangit:* locus enim totus ad ἐρωτικὰ πάθη pertinet.

r ὁ ἀπὸ

τῆς Ἀλκιβιάδȣ ὥρας παραγινόμενος [r], ὁ Χαρμίδην τεθηπώς [s]. Πῶς γὰρ ὅμοια ταῦτα Φιλοσόφῳ βίῳ; ȣ̓ τῇ πρὸς τὸν δῆμον παῤῥησίᾳ, ȣ̓δὲ τῇ πρὸς τȣ̀ς τυράννȣς ἐλευθερίᾳ, ȣ̓δὲ τῇ ἐπὶ Δηλίῳ ἀριστείᾳ, ȣ̓δὲ τῇ πρὸς τȣ̀ς δικαστὰς ὑπεροψίᾳ, ȣ̓δὲ τῇ ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ὁδῷ, ȣ̓δὲ τῇ πρὸς τὸν θάνατον παρασκευῇ· πολλȣ̃γε καὶ δεῖ. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθῆ ταῦτα, εὐφημεῖν ἄξιον· εἰ δὲ αἰνίττεται δι᾽ αἰσχρῶν ῥημάτων πράξεις καλὰς, δεινὸν καὶ σφαλερὸν τὸ χρῆμα. Τὸ γὰρ ὑποβαλεῖν αἰσχρῷ καλὸν, καὶ τὰ ὠφελȣ̃ντα διὰ τῶν βλαπτόντων ἐπιδείκνυσθαι, ȣ̓κ ὠφελεῖν βȣλομένȣ ἔργον (τὸ γὰρ ὠφελȣ̃ν ἀφανὲς) ἀλλὰ βλάπτειν, πρόχειρον

hendit; [r]cum ab Alcibiadis venatione redit, cum Charmidem obſtupeſcit? Quid enim haec ad ſapientis vitam; ad praeſentiam animi, qua populum; libertatem, qua reges tangit: virtutem, qua ad Delium hoſtes; magnitudinem animi, qua in iudicio aduerſarios contemnit? quid ad ſupremum illud iter, cum carcerem intrat; aut denique illa, quibus ſe ad mortem parat? Nihil hercules. Nam ſi haec ſimpliciter dicit, vt cogitat, taceo, ne quid grauius dicam; ſin oratione turpi honeſta deſignat, nec laudari poteſt hoc, nec periculo caret. Neque enim honeſtum turpi velare, et ea, quae proſunt, ſub iis, quae nocere poſſunt, abſcondere; videtur eius eſſe, qui prodeſſe vult (quippe quod prodeſſe poteſt, non apparet) ſed qui

r ὁ ἀπὸ κυνηγεσίȣ τῆς Ἀλκιβιάδȣ ὥρας παραγινόμενος.] Cyrillus in Iulian. lib. VI. p. 187. Ἐπυθόμην δέ πȣ καὶ διὰ τῆς τȣ̃ Πλάτωνος συγγραφῆς τῶν ἐπιτηδείων τινὰ πρὸς αὐτὸν (Σωκράτην) εἰπεῖν· Πόθεν, ὦ Σώκρατες; Μῶν ἀπὸ κυνηγεσίȣ τῆς Ἀλκιβιάδȣ ὥρας; Athenaeus lib. V. pag. 219. F. Ὅτι δὲ ὄντως ἤρα (Σωκράτης) τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ, δῆλον ποιεῖ Πλάτων, ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ —— λέγει δ᾽ ȣ̔́τως. Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; ἢ δηλαδὴ ἀπὸ κυνηγεσίȣ τȣ̃ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδȣ ὥραν; Leg. ἢ δηλαδὴ [ὅτι] ἀπὸ κυνηγεσίȣ, prout eſt apud Platonem in Protagora p. 193. A.

s ὁ Χαρμίδην τεθηπώς.] Eius formam magnopere praedicat Socrates apud Platonem in Charmide p. 276. A.

γὰρ τȣ̃το. Ταῦτα οἶμαι Θρασύμαχον εἰπεῖν, ἢ Καλλίαν, ἢ Πῶλον [t], ἢ ὅςις ἄλλος τῇ Σωκράτȣς Φιλοσοφίᾳ ἐπολέμει.

ς'. Φέρ' ἐπαμύνωμεν τῷ λόγῳ, μὴ ἱκανὰ Φλυαρῶμεν. Καὶ δή μοι δοκῶ βȣ́λεσθαι μὲν ταῦτα, δύνασθαι δὲ ἧττον· χρὴ δὲ ὁμȣ̃ τῷ βȣ́λεσθαι καὶ δύνασθαι. Ὧδε τοίνυν δράσωμεν περὶ ῥαςώνην τοιαύτην τῷ λόγῳ, οἵαν καὶ οἱ εἰς τὰ δικαςήρια εἰσαγγελλόμενοι, ἢ κινδυνεύοντες [u]· ȣ̓ περὶ τȣ̃ πράγματος ἀπολογȣ̃νται

qui nocere mauult, quod factu eſt facillimum. Haec, niſi fallor, Thraſymachus diceret, aut Callias, aut Polus, aut ſi quis praeterea Socraticae philoſophiae fuit aduerſarius.

6. Age ergo illis, ne vlterius nugemur, ſic reſpondeamus: quamuis longe ſupra vires noſtras ſit voluntas; cum voluntas parum poſſit, niſi facultas adſit. Et tamen ita conabimur, vt, quo ſecurius noſtra procedat defenſio, id, quod rei ſolent, faciamus, imminente periculo: nec enim ad crimen tantum, quod obiicitur, reſpondent; ſed occulte in alios, quorum

t Ταῦτα οἶμαι Θρασύμαχον εἰπεῖν, ἢ Πῶλον,] Lingua poſtulat οἶμαι ἂν Θρασύμαχον εἰπεῖν, *Thraſymachum dicturum fuiſſe:* vt XXI. 3. XL. 1. Deinde, pro Καλλίαν legendum Καλλικλέα. *Callicles* enim vnus erat ex iis quorum nominibus vtebatur Socrates vel Plato quando aliquid *falſi* refutandum erat. Diog. Laertius in Platone, lib. III. ſegm. 52. περὶ δὲ τῶν ψευδῶν ἐλεγχομένȣς εἰσάγει, οἷον, Θρασύμαχον καὶ ΚΑΛΛΙΚΛΕ΄Α, καὶ Πῶλον, Γοργίαν τε καὶ Πρωταγόραν, etc. vbi vide *Aldobrandinum.* Noſter Diſſ. XXXII. 5. τȣ̃τον ἐλαύνων τῷ λόγῳ, Θρασύμαχόν, τινα ἢ Πῶλον, ἢ ΚΑΛΛΙΚΛΕ΄Α, ἢ τινα ἄλλον λωβητῆρα καὶ ἐπιςβόλον; Arrianus Diſſert. IV. 5. de Socrate: ὅρα παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τῷ Συμποσίῳ πόσας μάχας λέλυκε, πῶς πάλιν ἠνέσχετο Θρασυμάχȣ, πῶς Πόλȣ, (l. Πώλȣ,) πῶς ΚΑΛΛΙΚΛΕ΄ΟΥΣ· πῶς τῆς γυναικὸς etc. M.

Sectio ς'.

u Ὧδε τοίνυν [δράσωμεν περὶ] ῥαςώνην τοιαύτην τῷ λόγῳ, οἵαν καὶ [οἱ] εἰς τὰ δικαςήρια εἰσαγγελλόμενοι, [ἢ] κινδυνεύοντες·] Vulgo οἵαν καὶ εἰς τά. Nos οἱ interpoſuimus fide codicis Harleian. Locus tamen adhuc vitioſus eſt, et emendatione caret. H. Stephanus legit, Ὧδε τοίνυν δράσωμεν [περιποιȣ̃ντες] ῥαςώνην τοιαύτην τῷ λόγῳ, οἵαν καὶ οἱ εἰς τὰ δικαςήρια εἰσαγγελλόμενοι, [οἱ] κινδυνεύοντες. Ipſe reſcripſerim, Ὧδε τοίνυν [πράσσωμεν] ῥαςώνην τοιαύτην τῷ λόγῳ, οἵαν καὶ οἱ εἰς τὰ

μόνον, ὑπὲρ ὅτȣ ἡ εἰσαγγελία ἐγένετο, ἀλλ' ἠρέμα εἰς ἄλλȣς ἀξιοχρεωτέρȣς τρέπȣσι τὴν αἰτίαν, τῇ πρὸς ἐκείνȣς κοινωνίᾳ κατασμικρύνοντες τὰ αὐτῶν. Οὐκȣ̃ν καὶ ἡμεῖς περὶ Σωκράτȣς, εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ἔδρα, ἢ μὴ, σκοπεῖν ἀναθησόμεθα σμικρὸν, ὅσον τὸ νῦν ἔχον [x].

quorum maior eſt auctoritas, culpam deriuant, vt facinus a ſe commiſſum ita eleuent, ſi tales in ſocietatem eius venire oſtendant. Sic nos, rectene an contra haec fecerit Socrates, inquirere aliquantum in praeſenti differamus; quin hoc potius modo

τὰ δικαστήρια εἰσαγγελλόμενοι, [οἳ] κινδυνεύοντες· etc.

Ibid. τῷ λόγῳ, οἷαν καὶ οἱ — εἰσαγγελλόμενοι, ἢ κινδυνεύοντες· ȣ̓ περὶ etc.] Senſum loci non recte ceperunt ſummi viri. ideo non recte emendarunt, neque verterunt. Legendum erat: Ὧδε τοίνυν δράσωμεν περὶ ῥᾳστώνην τοιαύτην τῶν λόγων, οἷον καὶ οἱ εἰς τὰ δικαστήρια εἰσαγγελλόμενοι· οἳ κινδυνεύοντες, ȣ̓ περὶ τȣ̃ πράγματος ἀπολογȣ̃νται μόνον, etc. et vertendum: *Sic itaque faciamus circa hanc* Socratis *negligentiam in ſermonibus* eius de Amore, *quemadmodum ſolent rei; qui in periculo conſtituti, non de ſola re, de qua in iudicium vocantur, verba faciunt, ſed* etc. id eſt, Cum igitur Socrates tam negligenter et ſecure ſermones huiusmodi de Amore videatur habuiſſe, defendamus eum dicendo, hos ſermones non fuiſſe Socratis inuentum, ſed ab Antiquis ſumptos, Homero, Heſiodo, Sapphone, Anacreonte. ad eos igitur transferri accuſatio debuit. Τῶν λόγων eſt *Socratis ſermonum:* et ῥᾳστώνην eſt *ſecuritatem*, negligentiam, incautelam, qua hos ſermones effudit Socrates, minime ſuſpicatus ſibi vitio verrendum iſtud ob quod in admiratione fuerunt Homerus, Heſiodus, et caeteri Illuſtres Antiqui. Pro τοιαύτην bene legi poſſet τοσαύτην vel ταύτην· ſed neutro opus eſt. M.

x ἀναθησόμεθα σμικρὸν, ὅσον τὸ νῦν ἔχον.] Diſtingue, σμικρὸν ὅσον, τὸ νῦν ἔχον. Σμικρὸν ὅσον pro quo Auctor Epiſt. ad Hebraeos X, 37. dicit, μικρὸν ὅσον ὅσον· vt *exiguitatem* temporis geminata diminutionis nota fortius exprimat, tametſi vltimum ὅσον a nonnullis Codd. abeſt. phraſis frequentiſſime occurrit: quemadmodum et τὸ νῦν ἔχον, *quod ad praeſens attinet.* vide Noſtrum XXII. 3. Lucianum *Iup. Confut.* pag. 126. et *De Gymnaſiis* ad finem: et Acta Apoſtol. XXIV. 25. Si priorem diſtinctionem retineas. potius foret ὅσον γε τὸ νῦν ἔχον. M.

λέγωμεν δὲ ὡδὶ πρὸς τουτουσὶ τοὺς δεινοὺς κατηγόρους. Ὅτι ἡμῖν δοκεῖτε y, ὦ ἄνδρες, ἀτοπώτεροι εἶναι συκοφάνται Ἀνύτου καὶ Μελίτου· ἐκεῖνοι μέν γε ἀδικεῖν γραψάμενοι Σωκράτην, καὶ τοὺς νέους διαφθείρειν, καὶ ὅτι μὲν Κριτίας ἐτυράννευσε, τοῦτο ἀδικεῖν ἔλεγον τὸν Σωκράτην, καὶ ὅτι Ἀλκιβιάδης ἐξύβριζε z, καὶ ὅτι τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ, καὶ ὀμνύει τὴν πλάτανον, καὶ τὸν κύνα· τῶν δὲ ἐρωτικῶν τῶν Σωκράτους ἀπέσχοντο καὶ οἱ δεινοὶ οὗτοι συκοφάνται. Ἀλλ' οὐδὲ Ἀριστοφάνης τὰ Σωκράτους ἐν Διονυσίοις κωμῳδῶν, ὁ δεινότατος τῶν κατηγόρων, ἐλοιδορήσατο τῷ ἔρωτι τοῦ Σωκράτους· καίτοι πένητα

modo violentis illis accuſatoribus reſpondeamus. Videmini mihi, viri optimi, ineptius calumniari Socratem, quam aut Anytus, aut Melitus: quippe crimina nonnulla cum Socrati obiicerent, et quod iuventutem corrumperet, et quod Critias tyrrannum ageret, Alcibiades contumelioſe ageret, quod ex inferiore ratione ſuperiorem faceret, quod poſtremo per canem iuraret, et platanum; amatoriam Socratis, licet tam graues fuerint calumniatores, accuſare non ſunt auſi. Sed nec aſperrimus accuſatorum eius Ariſtophanes, cum Dionyſiis omnia Socratis traduceret, in amorem tamen eius vllum vibrauit dicterium; cum tamen pauperem eum vocaret, et inepte

y [Ὅτι] ἡμῖν δοκεῖτε,] Vulgo deeſt vox prima, quam ſuppeditarunt Reg. et Harleian. Sed et hic loquendi modus Heinſio videbatur Ἑλληνικώτερος.

z ὅτι [Ἀλκιβιάδης] ἐξύβριζε,] Sic emendauimus, quamuis Mſs. ſimul ac editi dant, ὅτι [Ἀλκιβιάδην] ἐξύβριζε. Hoc vero Graece non dicitur; nam ſcribendum fuit, ὅτι ἐς Ἀλκιβιάδην ἐξύβριζε. Praeterea Socratem non accuſarunt, quod *Alcibiadem contumelioſe tractaret*; ſed quod Alcibades inſolenter ac ſuperbe ſe gereret. Xenophon Memor. lib. I. cap. II. 12. Ἔφη γε ὁ κατήγορος, Σωκράτει ὁμιλητὰ γενομένω Κριτίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης, πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην. Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτιστατός τε καὶ βιαιότατος ἐγένετο· Ἀλκιβιάδης δὲ αὖ τῶν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ πάντων ἀκρατέστατος, καὶ ὑβριστότατος, καὶ βιαιότατος. Vide Lactantium lib. III. cap. XIX. 25. Simili prorſus iniquitate Platonem vituperat Athenaeus, quod πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τυραννικοί τινες καὶ διάβολοι fuere. Vide Deipnoſ. lib. XI. p. 508. Vide ſis et Alciphronem lib. I. Ep. XXXIV.

a καὶ

εἰπὼν, καὶ ἀδολέσχην, καὶ σοφιςὴν [a], καὶ πάντα μᾶλλον ἢ κακῶς ἐρῶντα. Οὐ γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, τὸ πρᾶγμα ὔτε τοῖς συκοφάνταις, ὔτε τοῖς κωμῳδοῖς ἐπιλήψιμον.

ζ΄. Διὸ δὴ τὸ μὲν Ἀθηναίων θέατρον, καὶ τὸ δικαςήριον ἐκεῖνο διαπέφευγε· πρὸς τȣτȣσὶ δὲ τȣ̀ς νυνὶ κατηγόρȣς (ȣ̓ γάρ εἰσιν ἐκείνων ἀμαχώτεροι) διαγωνισώμεθα [b] τὸ πρῶτον τῇδε· ὡς ȣ̓κ ἴδιον Σωκράτȣς τὸ ἐρωτικὸν ἐπιτήδευμα, ἀλλὰ μακρῷ πρεσβύτερον. Μάρτυρα δὲ αὐτὸν Σωκράτην παραςησώμεθα, ἐπαινȣ̃ντα μὲν τὸ ἔργον καὶ θαυμάζοντα, αὐξανόμενον δὲ αὐτȣ̃ τὴν εὕρεσιν [c]. Ἐπιδειξαμένȣ γὰρ αὐτῷ τȣ̃ Μυῤῥινȣσίȣ

epte garrulum, et ſophiſten, quiduis denique potius, quam vt male amare eum diceret. Videtur enim hoc ſupra calumniatorum omnium et comicorum fuiſſe reprehenſionem.

7. Quare cum et theatrum Athenienſium, et iudicium illius temporis, haec accuſatio effugere potuerit; in praeſentia nobis cum aeui huius calumniatoribus, qui nihil cedunt prioribus, ita agendum erit, vt primo oſtendamus iis non fuiſſe hoc inuentum Socratis, ſed longe antiquius. Huius rei teſtem ipſum laudare poſſumus Socratem, qui cum admiretur artem et commendet; tamen ab aliis inuentam, a ſe propagari tantum dicit. Cum enim Phaedrus ille Myrrinuſius amato-

a καὶ σοφιςὴν,] In *malam* partem hic ſumenda vox σοφιςὴς, prout ex Adiunctis patet. et ita Diſſ. XX. ad finem, vbi σοφιςὴς et φιλόσοφος opponuntur, quemadmodum et XXVI. 3. Vide Aelianum *Var. Hiſt.* II. 13. vbi Socrates dicitur in fama fuiſſe ὅτι τȣ̀ς σοφιςὰς ἤλεγχεν ȣ̓δὲν ὑγιὲς ὄντας· et quae de hac re erudite notauit *Perizonius* in Praefat. ad iſtum Auctorem. M.

Sectio ζ΄.

b ἐκείνων ἀμαχώτεροι]. Sic edidimus ex Harleian. non ἀμαχότεροι, vt vulgo legitur, perperam; ſiquidem ἄμαχος ſecundam ſyllabam breuem habet.

Ibid. (ȣ̓ γάρ εἰσιν ἐκείνων ἀμαχώτεροι) διαγωνισώμεθα] Niſi fallor melius foret, καὶ γάρ εἰσιν etc. *ſunt enim iſtis expugnatu difficiliores.* et ita cepiſſe video *Heinſium* in Verſione. Vulgata tamen defendi poteſt. M.

c αὐξανόμενον δὲ αὐτȣ̃ τὴν εὕρεσιν.] Equidem ſcio, qua ratione locum reddiderint interpretes; mihi tamen non ita locuti

Φαίδρȣ λόγον ὑπὸ Λυσίȣ τȣ̃ Κεφάλȣ συγγεγραμμένον ἐρωτικὸν, ȣ̓κ ἔφη θαυμάζειν, πλῆρες τὸ ςῆθος ἔχων [d], ὥσπερ ἀγγεῖον, ἀλλοτρίων ναμάτων, ἤπȣ Σαπφȣ̃ς τῆς καλῆς (ȣ̆τω γὰρ αὐτὴν ὀνομάζων χαίρει διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν, καίτοι μικρὰν ȣ̓̃σαν καὶ μέλαιναν [e]) ἢ Ἀνακρέοντος, φησὶ, τȣ̃ σοφȣ̃. Τὸν δὲ ἐν τῷ συμποσίῳ λόγον εἰς ἔρωτα ἔπαινον [f] Μαντινικῇ γυναικὶ ἀνατίθησιν· ἀλλὰ

amatoriam Lyſiae Cephali filii orationem legiſſet; negat ſe mirari talia, cum ipſe, non ſecus quam dolium aliquod, aliorum liquoribus plenum habeat pectus, vt puta pulchrae illius Sapphus (quam a carminum pulchritudine ita vocat, cum exigua eſſet alias et fuſca) aut ſapientiſſimi, inquit, Anacreontis. *R*urſus encomium amoris, quod in ſympoſio recitat, Mantinicae cuidam foeminae acceptum fert; verum ſiue Manti-

cuti videntur Graeci. Nihilominus hoc demus. Quomodo vero Socrates inuentionem propagauit? qui in Phaed. p. 340. B. ait, Ὅτι μὲν ȣ̓̃ν παρά γε ἐμαυτȣ̃ ȣ̓δὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, εὖ οἶδα. Maximus, opinor, ſcriptum reliquit, Ἐξαρνȣ́μενον, vel ἀναινόμενον, δὲ αὐτȣ̃ τὴν εὕρεσιν.

Ibid. αὐξανόμενον δὲ αὐτȣ̃ τὴν εὕρεσιν] Cl. *Dauiſius* ἐξαρνȣ́μενον, vel ἀναινόμενον legit, pro αὐξανόμενον. Recte ad ſenſum: ſed aberrauit a vocabulo, quod erat ἐξομνύμενον. ſic XXVII. 1. ἐξομνύμενος τὴν ἔμπροσθεν ᾠδήν· de Steſichoro palinodiam canente. XXXII. 3. κἂν γὰρ ἐξομόσηται τόνδε διδάσκαλον, ὁρῶ τὰ γνωρίσματα. optime explicat Suidas: Ἐξομόσαιτο, παντελῶς ἀρνήσαιτο. M.

d πλῆρες τὸ ςῆθος ἔχων etc.] Reſpicit ad Platonis Phaedrum pag. 340. B.

Ibid. πλῆρες τὸ ςῆθος ἔχων] Legendum putarem ἔχειν, et diſtinctionem poſt θαυμάζειν tollendam eſſe. *S*ed Plato non eſt ad manum. M.

e (ȣ̆τω γὰρ αὐτὴν ὀνομάζων χαίρει διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν, καίτοι μικρὰν ȣ̓̃σαν καὶ μέλαιναν)] Hoc confitentem Sappho facit Ouidius in Epiſt. ad Phaonem v. 33.

Sum breuis: *at nomen, quod terras impleat omnes,*
Eſt mihi; menſuram nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum; placuit Cepheïa Perſeo
Andromede, patriae fuſca colore ſuae.
At me cum legeres, etiam formoſa *videbar*, etc.

Vide ſis et ſcholiaſten ad Luciani Imag. tom. II. p. 1. Plato in Theaeteto p. 132. G. Καλὸς γὰρ εἶ, ὦ Θεαίτητε, καὶ ȣ̓χ, ὡς ἔλεγε Θεόδωρος, αἰσχρός· ὁ γὰρ καλῶς

εἴ τε Μαντινικὴ, εἴ τε καὶ Λεσβία τὶς ἦν ἡ τȣ͂ λόγȣ μήτηρ, πάντως γε ȣ̓κ ἴδιοι τȣ͂ Σωκράτȣς οἱ ἐρωτικοὶ λόγοι g, ȣ̓δὲ πρώτȣ· θεασώμεθα γὰρ ȣ̔͂τως ἀπὸ Ὁμήρȣ ἀρξάμενοι.

η'. Οὗτος γάρ μοι δοκεῖ πολυφωνότατος ὢν καὶ δεινὸς ὁμȣ͂ τοῖς καλοῖς τὰ αἰσχρὰ ἱςορεῖν, τὰ μὲν ὅπως ἔχωμεν h, τὰ δὲ ὅπως φεύγωμεν, τὰ μὲν ἄλλα εὐήθως πάνυ καὶ ἀρχαίως ἐκδιδάσκειν, ἰδέσθαι καὶ ἡνιοχεῖν i καὶ τάττειν ςράτευμα· ἐν νύσσῃ k μὲν παραι-

Mantinica ea ſuerit, ſiue Lesbia, certum eſt non primo de amore diſputaſſe Socratem: quod vt appareat, ab Homero initium faciamus.

8. Quo cum nemo maiore copia et arte honeſta, quae ſequenda, turpia, quae vitanda ſunt, propoſuiſſe videatur; inuenies tamen admodum ſimpliciter et antiqua ruditate in diſciplinis verſari reliquis; ſicut cum de medicina, de aurigandi arte, de iuſtruenda acie agit: ſic equum ſiniſtrum vetat metae

λῶς λέγων, καλός τε κἀγαθός. Ob eandem cauſſam Pindarum καλὸν vocat Lucianus in Hippia tom. II. p. 358.

f λόγον εἰς ἔρωτα ἔπαινον] Sic Reg. et Harleian. vulgo λόγον [τὸν] εἰς ἔρωτα ἔπαινον.

g ȣ̓κ ἴδιοι τȣ͂ Σωκράτȣς [οἱ] ἐρωτικοὶ λόγοι,] Vterque codex habet, ȣ̓κ ἴδιοι [οἱ] τȣ͂ Σωκράτȣς ἐρωτικοὶ λόγοι. Lege ȣ̓κ ἴδιοι τȣ͂ Σωκράτȣς ἐρωτικοὶ λόγοι. Syllaba perperam repetita mendo locum dedit.

Sectio η'.

h τὰ μὲν ὅπως [ἔχωμεν,] Canterus et Heinſius legunt ἕλωμεν. Ad me quod attinet, cur a codicum lectione recedamus, non video.

Ibid. τὰ μὲν ὅπως ἔχωμεν,] *Canterus* ἕλωμεν. Cl. Editor Vulgatam adprobat. ſi quid mutandum, mallem διώκωμεν, quia ſequitur, τὰ δὲ ὅπως φεύγωμεν· quae Oppoſitio in his vocibus fere perpetua eſt apud omnes Scriptores. vide ſupra, ſect. 5. et Diſſ. XXV. 4. XXXII. 3. M. Antoninum III. 7. 1. Tim. IV. 11. et quemuis Graecum Auctorem. M.

i ἰδέσθαι καὶ ἡνιοχεῖν] Legerim ἰᾶσθαι καὶ ἡνιοχεῖν. Ἰατρεύεσθαι, quod reponendum cenſet Hen. Stephanus, a codicum lectione, qui dant εἰδέσθαι, longius, quam par eſt, abit.

k ἐν νύσσῃ] Iliad. Ψ'. 338.

Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

Vide Platonem in Ione pag. 146. E.

γῶν ἐγχριμφθῆναι τὸν ἐπὶ λαιᾷ ἵππον, κυκεῶ δὲ Πραμνίȣ [l] διδȣ̀ς τοῖς κάμνȣσι, τȣ̀ς δὲ κακȣ̀ς [m] ἐν μέσῳ τάττων τῶν ἀγαθῶν, καὶ τȣ̀ς ἱππεῖς διακρίνων τῶν πεζῶν. Ἦ γὰρ ἂν γέλωτα ὄφλοι τὰ σοφὰ ταῦτα τοῖς νῦν τακτικοῖς, καὶ ἰατροῖς, καὶ ἡνιόχοις· τὰ δὲ τȣ̃ ἔρωτος πάντα ἑξῆς δίεισι, καὶ ἔργα, καὶ ἡλικίας, καὶ εἴδη, καὶ πάθη, τὰ καλὰ, τὰ αἰσχρά [n], τὸν σώφρονα ἔρωτα, τὸν ἀκόλαστον, τὸν δίκαιον, τὸν ὑβριστὴν, τὸν ἐπιμανῆ, τὸν πρᾶον· καὶ ἔστιν τοῖς τοιȣ́τοις [o] ȣ̓κέτι ἀρχαῖος, ἀλλὰ τεχνίτης δεινὸς,

Οἷοι νῦν [p] βροτοί εἰσιν.

Αὐτίκα ἐν πρώτῳ λόγῳ ἐπὶ αἰχμαλώτῳ ἐρασταὶ δύο, ὁ μὲν θρασὺς καὶ ἐπιμανὴς, ὁ δὲ ἥμερος καὶ ἐμπαθής· ὁ μὲν ἀποφλογȣ̃ται τὰ ὄμματα, καὶ λοιδορεῖται πᾶσι,

metae impingere, ſic potiunculam e vino Pramnio aegris propinat, ſic imbelles in medio aliorum locat, equitesque a peditibus diſtinguit. Haec tam praeclara, ſi Diis placet, noſtri temporis imperatores, medici, aurigae, riſu exciperent: at cum de amore agit, nihil eſt, quod non ordine deſcribat, effectus, aetatem idoneam, ſpecies, affectiones, tum honeſtas, tum turpes, amorem caſtum, amorem impudicum, amorem probum, amorem libidinoſum, amorem furioſum, amorem ſedatum; vt in eiusmodi non amplius antiquitatem redoleat, ſed artifex ſit ſingularis,

Quales nunc homines.

Et ecce ſtatim in principio operis amatores introducit duos, qui de captiua vna inter ſe certant, quorum alter audax eſt et furioſus; alter lenior quidem, huius tamen perturbationis haud immunis: alter ex oculis flammam iacit, omnibusque male-

l κυκεῶ δὲ Πραμνίȣ] Iliad. Λ′. 637. Vide Platonem in Ione pag. 146. H. de Rep. lib. III. p. 440. C. et Athenaeum lib. I. p. 10. 30.

m τȣ̀ς δὲ κακȣ̀ς etc.] Iliad. Δ′. 297. ſeq.

n τὰ καλὰ, τὰ αἰσχρὰ.] Vulgo τὰ καλὰ [καὶ] τὰ αἰσχρά. Vocabulum vero medium. neſciunt codices.

o καὶ ἔστιν τοῖς τοιȣ́τοις] Inſere Praepoſitionem ἐν ante τοῖς. Deinde diſtingue, Αὐτίκα· ἐν πρώτῳ λόγῳ etc. et verte, *exempli gratia*, prout ſupra monui. M.

d Οἷοι νῦν] Iliad. Ε′. 304.

ἐκ

καὶ ἀπειλεῖ· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ ἐφ᾽ ἡσυχίας, καὶ δακρύει κείμενος, καὶ ἀλύει, καὶ ἀπελεύσεσθαι φησὶ, καὶ οὐκ ἄπεισιν. Ἄλλη εἰκὼν ἀκολάστου ἔρωτος· τοιοῦτος αὐτῷ Ἀλέξανδρος, οἷος ἐκ μάχης ἐπανιέναι εἰς τὸν θάλαμον [q], καὶ ἀεὶ μοιχῷ ἐοικέναι. Ἔστιν αὐτῷ καὶ δίκαιος ἔρως παρ᾽ ἀμφοῖν ἴσος, οἷον τῆς Ἀνδρομάχης [r] καὶ τοῦ Ἕκτορος· ἡ μὲν πατέρα καὶ ἀδελφὸν καλεῖ τὸν ἄνδρα καὶ ἐραστὴν, καὶ πάντα δὴ τὰ φίλτατα ὀνόματα· ὁ δὲ οὔτε μητρὸς [s] τοσοῦτον αὐτῷ μέλειν, ὅσον ἐκείνης, λέγει. Ἔδειξε καὶ τὸν χαμεύνην ἔρωτα ἐπὶ τῆς Ἥρας καὶ τοῦ Διός· καὶ τὸν ὑβριστὴν ἐπὶ τῶν μνηστήρων· καὶ τὸν γόητα ἐπὶ τῆς Καλυψοῦς· καὶ τὸν φαρμακέα ἐπὶ τῆς Κίρκης. καὶ τὸν ἀνδρεῖον ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ, τὸν πόνῳ κτητὸν, καὶ χρόνῳ, καὶ μέχρι θανάτου προσερχόμενον [t], νέων καὶ

maledicit, et minatur ordine; alter tacite recedit, humi lacrymans procumbit, et anxius oberrat, diſceſſurum denique ſe ait, cum maneat. Alia eſt impudici amoris imago; quam in Paride habes, qui praelio ſe ſubducit, thalamum intrat, et vbique moecho eſt ſimilis. Inuenies et caſtum amorem, qui vtrinque mutuo reſpondet, quem in Hectore habes et Andromache; quae viro ſuo et amatori Hectori patris fratrisque, et ſi quae praeterea amiciſſima ſunt, tribuit nomina; hic viciſſim ne de matre quidem ſua ſe tam ſollicitum eſſe ait, quam de illa. Habes et venereum in concubitu Iunonis et Iouis; et libidinoſum in procis; illecebroſum in Calypſone; veneficum in Circe: virilem in Patroclo, qui labore mutuo accenditur, et ad mortem vsque conſtans manet; quorum vterque

q ἐκ μάχης ἐπανιέναι εἰς τὸν θάλαμον,] Iliad. Γ'. 441.

r οἷον τῆς Ἀνδρομάχης] Scribendum vel, οἷον ὁ τῆς Ἀνδρομάχης, vel οἷον ἐπὶ τῆς vt mox, ἐπὶ τῆς Ἥρας καὶ τοῦ Διός. prius tamen verius puto. Deinde, iſtum χαμεύνην ἔρωτα Iouis et Iunonis improbat Socrates apud Platonem lib. III. *de Republica*; et ridet Ioſephus *contra Apion.* lib. II. ſect. 34. et Nazianzenus *Stelit.* I. p. 73. Mox, ſcribendum τοῖς αὐτοῦ ὅπλοις, pro αὐτοῦ. M.

s ἡ μὲν πατέρα —— ὁ δὲ οὔτε μητρὸς] Iliad. Z'. 429, 450.

t τὸν πόνῳ κτητὸν, καὶ χρόνῳ,

[καὶ]

καλῶν ἀμφοτέρων, καὶ σωφρόνων, τῦ μὲν παιδεύοντος, τῦ δὲ παιδευομένυ, ὁ μὲν ἄχθεται, ὁ δὲ παραμυθεῖται [u], ὁ μὲν ᾄδει, ὁ δὲ ἀκροᾶται· Ἐρωτικὸν δὲ καὶ τὸ τυχεῖν ἐθέλοντα ἐξυσίας πρὸς μάχην, δακρῦσαι ὡς ὐκ ἀνεξομένυ τῦ ἐραςῦ· ὁ δὲ ἐφίησι, καὶ τοῖς αὐτῦ ὅπλοις κοσμεῖ, καὶ βραδύνοντος περιδεῶς ἔχει, καὶ ἀποθανόντος ἀποθανεῖν ἐρᾷ, καὶ τὴν ὀργὴν κατατίθεται· ἐρωτικὰ δὲ καὶ τὰ ἐνύπνια, καὶ τὰ ὀνείρατα, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη θαπτομένῳ ἡ κόμη [x]. Ταῦτα μὲν τὰ Ὁμήρυ ἐρωτικά.

θ'. Ἡσιόδῳ δὲ ἀείδυσιν αἱ Μῦσαι τί ἄλλο, ἢ γυναικῶν ἔρωτας καὶ ἀνδρῶν, καὶ ποταμῶν ἔρωτας καὶ

vterque iuvenis, vterque pulcher, vterque caſtus eſt; alter inſtruit, alter inſtruitur; alter dolet, ſolatur alter; alter canit, auſcultat alter. Affectum amatorium et hoc exprimit, quod cum pugnae poteſtatem ſibi optet Patroclus, lachrymetur tanquam non impetraturus hoc ab amante; qui tamen et veniam illi concedit et arma ſua, ſed et cunctante eo metuit, et iam mortuo mori quoque optat, iramque ſuam deponit: amatoriae ſunt et nocturnae viſiones, et ſomnia, et lachrymae illae, donum poſtremo vltimum, quod ſepulchro impendit, capillus. Haec ſunt amatoria Homeri.

9. Iam apud Heſiodum quid aliud Muſae canunt, quam virorum mulierumque amores, amores fluuiorum, plantarum, ac regum?

[καὶ] μέχρι θανάτυ προερχόμενον,] Vulgo τὸν πόνῳ κτητὸν, καὶ χρόνῳ, μέχρι θανάτυ προερχόμενον. Sed multo concinniorem lectionem ſuppeditarunt Reg. et Harleian.; quibus adſtipulabatur Paccii codex vt ex eius verſione patet.

u ὁ δὲ παραμυθεῖται,] Ita recte codices. Vulgo παραμυθεῖ, quod Graecum non eſt.

x δῶρον ἤδη [θαπτομένῳ] ἡ κόμη.] Vulgo καταθαπτομένῳ, quod nolunt Reg. et Harleian. Reſpicit Maximus ad Iliad ψ'. 151. De more crinium in luctu tondendorum vide Feithium Antiq. Homer. I. 13. et Kirchmannum de Funer. II. 14.

Sectio

βασιλέων καὶ Φυτῶν y; Τὸν δὲ Ἀρχιλόχȣ ἔρωτα z (ὑβριςὴς γὰρ) χαίρειν ἐῶ. Ὁ δὲ τῆς Λεσβίας (εἴ τοι χρὴ πρεσβύτερα τοῖς νέοις εἰκάσαι) τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ ἡ Σωκράτȣς τέχνη ἐρωτική a; Δοκȣ̃σι γάρ μοι τὴν κατὰ ταυτὸ ἑκάτερος Φιλίαν, ἡ μὲν γυναικῶν,

gum? Nam Archilochi amorem, quod ſit impudicus, facile praetereo. Sapphus vero (ſi quidem antiquiora cum recentioribus conferre fas eſt) quid eſt aliud, quam amatoria ars Socratis? Videntur enim mihi idem ſpectare vterque; hic cum virorum

Sectio θ'.

y ποταμῶν ἔρωτας καὶ [βασιλέων καὶ φυτῶν;] Mira ſane rerum miſtura; nam praeterquam quod *reges* ſub hominum nomine complecti cenſendus eſt Maximus, eos *fluviis* et *plantis* interponere videtur abſurdum. Mendum, niſi fallor, latet; quod forſan eruet lector. Si nihil melius occurrat, mecum lege ποταμῶν ἔρωτας καὶ [ἀνέμων] καὶ Φυτῶν.

Ibid. ποταμῶν ἔρωτας [καὶ ΒΑΣΙΛΕ'ΩΝ] καὶ φυτῶν;] Atqui iam ante dixit γυναικῶν ἔρωτας καὶ ἈΝΔΡΩ͂Ν. nonne *reges* includuntur in voce ἀνδρῶν? et quam inepte inſeruntur *reges* inter *fluvios* et *plantas!* Abſurditatem horum video, ſed parum vltra. Conieceram θαλασσῶν. certe ex Adiunctis de re aliqua *inanimi* loqui videtur. Fieri poteſt vt iſta, καὶ βασιλέων, locum alicubi habuerint in Prima ἐκδόσει, a Maximo poſtea mutata, inde forte in Marginem, mox in Textum recepta. Caeterum adluditur, opinor, ad aliquod poemà Heſiodi quod nunc non exſtat. iſta enim de *amoribus* ποταμῶν et φυτῶν non poſſunt explicari ex ſcriptis Heſiodi quae ſuperſunt. M.

z Τὸν δὲ Ἀρχιλόχȣ ἔρωτα] Valerius Maximus lib. VI. cap. III. 1. ext. *Lacedaemonii libros Archilochi e ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur* etc. quae laudat Ioannes Sariſburienſis Polychr. lib. VIII. cap. II. p. 53. ſeq. Aliam tamen cauſſam refert Plutarchus Lacon. Inſt. p. 239. In ſcriptis vero ſuis memoriae prodidit Archilochus, ὅτι μοιχὸς ἦν καὶ λάγνος καὶ ὑβριςής, vt teſtatur Critias apud Aelianum V. H. X. 13. Adi ſis Origenem in Celſum lib. III. pag. 125. et Euſebium P. E. v. 320.

a Ὁ δὲ τῆς Λεσβίας —— τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ ἡ Σωκράτȣς τέχνη ἐρωτική;] Reg. et Harleian. τί ἂν ἄλλο εἴη, ἢ [αὐτὸ] ἡ Σωκράτȣς. Lege, τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ [αὐτὴ] Σωκράτȣς τέχνη ἐρωτική; De Sapphus autem amoribus non ita bene ſentiunt illi, qui eam τριβάδα fuiſſe ſtatuunt. Vide ſis Oui-

ὁ δὲ ἀῤῥένων, ἐπιτηδεῦσαι. Καὶ γὰρ πολλῶν ἐρᾷν ἔλεγον, καὶ ὑπὸ πάντων ἁλίσκεσθαι τῶν καλῶν· ὅ, τι γὰρ ἐκείνῳ Ἀλκιβιάδης, καὶ Χαρμίδης, καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀνακτορία· καὶ ὅ, τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος, καὶ Γοργίας, καὶ Θρασύμαχος, καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα, νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει, καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους. Τὸν Ἴωνα χαίρειν [b], φησὶν ὁ Σωκράτης· Πολλά μοι τὸν Πολυανάκτιδα παῖδα χαίρειν [c], Σαπφὼ λέγει. Οὐ προσιέναι φησὶν [d] ὁ Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ, ἐκ πολλοῦ ἐρῶν, πρὶν ἡγήσατο ἱκανὸν

virorum, illa cum mulierum celebrat amorem. Vterque plurimos ſe amare fatetur, et ab omnibus formoſis facillime capi: quod enim Alcibiades illi, et Charmides, et Phaedrus; hoc Sapphoni Lesbiae Gyrinna, Atthis, et Anactoria: et quod Socrati aemuli illi Prodicus, Gorgias, Thraſymachus, et Protagoras; hoc Sapphoni, Gorgo, et Andromeda, interdum namque increpat illas, interdum arguit, tum vbique vrbana illa Socratis eluaet diſſimulatio. *Ionem ſalvere iubeo*, ait Socrates; *Plurimum ſalvere Polyanactis filium iubeo*, ait Sappho. Negat ſe Alcibiadem, quem diu ante amarat, priusquam e colloquiis

Ouidium Heroid. XV. 19. Triſt. II. 365. et Suidam.

Ibid. τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτική;] Codices, τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ αὐτὸ ἡ Σωκράτους etc. vnde *Dauiſius*, ἢ αὐτὴ Σωκράτους. veriſſima eſt Codicum Lectio, αὐτὸ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτική; ſic. XXXIV. 4. οὐκ αὐτὸ ἐκεῖνο ἡ Θρᾴκιος ἐπῳδή. αὐτὸ eſt *res ipſa*, de qua ſcil. agitur vel quaeritur. XXXIII. 3. ποίημα ἡλίου, οὐκ αὐτὸ ἥλιον· idem quod αὐτὸν τὸν ἥλιον XXXVI. 2. γενόμενος ἐκ μύθου αὐτὸ τοῦτο λόγος. Vide et XXIII. 5. XXVI. 5. et paſſim inuenies. M.

b Τὸν Ἴωνα χαίρειν,] Apud Platonem in Ione p. 143. C.

c Πολλά μοι [τὸν Πολυανάκτιδα] παῖδα χαίρειν,] Vulgo τὸν Πολυάνακτος. Reg. τὸν Πολυανάκτιθα. Harl. τὸν Πολυανάκτιδα, quod recepimus; ac ita legit in ſuo codice Paccius.

d Οὐ προσιέναι φησὶν] Adi ſis Platonis Alcibiadem I. p. 25. 26. et Athenaeum lib. V. p. 187. E.

e Σμικρά

εἶναι πρὸς λόγους· Σμικρά μοι παῖς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα [e], Σαπφὼ λέγει. Κωμῳδεῖ σχῆμά που καὶ κατάκλισιν σοφιστοῦ· καὶ αὐτὴ, Τὶς δ' ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα στολήν [f]. Τὸν Ἔρωτα φησὶν ἡ Διοτίμα τῷ Σωκράτει, οὐ παῖδα, ἀλλ' ἀκόλουθον [g] τῆς Ἀφροδίτης καὶ θεράποντα εἶναι· λέγει που καὶ Σαπφοῖ ἡ Ἀφροδίτη ἐν ᾄσματι, Σύ τε καλὸς θεράπων Ἔρως. Ἡ Διοτίμα λέγει, ὅτι θάλλει μὲν [h] ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ

quiis ſuis fructum haurire poſſet, accedere voluiſſe Socrates; *Parua mihi puella videre, nec adhuc matura,* ait Sappho. Ille habitum alibi et diſcubitum ſophiſtae perſtringit; illa alibi canit, *Quaedam ruſtica tunica induta.* Amorem ait Diotima apud Socratem, non filium, ſed pediſſequum eſſe Veneris et famulum; Venus alibi apud Sapphonem in oda quadam ait, *Et tu, pulcherrime famule, amor.* Rurſus Diotima ait, florere amorem, cum abundat, mori, cum eget; illa vtrumque coniungit, cum

e Σμικρά μοι παῖς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα,] Haec Sapphus verba ſic effert Plutarchus in Amatorio p. 751. Σμικρά μοι παῖ ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις. Scholiaſt. ad Pindari Pyth. II. 78. Μικρά μοι πάϊς ἔμμεναι λιθόχαρις, pro qua voce λιπόχαρις placet Iſ. Caſaubono ad Laertii VI. 91. Ab his Maximi lectio, ſi modo ſana ſit, tam ſenſu quam verbis diſcrepat; hunc enim locum citant, vt χάριν eſſe probent ὕπειξιν γυναικὸς τῷ ἄῤῥενι. Quapropter Sappho παῖδα ſignificat τὴν μήπω δυναμένην διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίζεσθαι. Vnde fit, vt Heinſius reponat καὶ [μήπω] χαρίεσσα. Forſan Muſa Lesbia ſic ſcriptum reliquit,

Σμικρά μοι πάϊς ἔμμεναι
φαίνῃ, κοὐ χαρίεσσα.

Verſus vltimus eſt Pherecratius, qui Glyconiis ſolet immiſceri. Conſule ſis Hephaeſtionem p. 69. 73.

f Τὶς δ' ἀγροιῶτιν [ἐπεμμένα] στολήν.] Dorum et Aeolum eſt ἐπεμμένα, idemque valet ac ἐπιειμένη. Nihil itaque mutandum, licet aliquid molitus ſit Iſ. Caſaubonus ad Athenaei lib. I. cap. XVIII. p. 54.

g οὐ παῖδα, ἀλλ' ἀκόλουθον] Vide Platonis Sympoſ. p. 328. A.

h [Ἡ] Διοτίμα λέγει, ὅτι θάλλει μὲν etc.] Vulgo [Καὶ] Διοτίμα, Mſs. autem parui. Reſpicit ad Platonem in Sympoſ. p. 328. B. Apoſtolius Cent. IX. 3. Ἔρως θάλλει μὲν εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δ' ἀπορῶν. Διοτίμας ἀπόφθεγμα. Duas voces poſtremas ex codice Pantiniano deſumſi.

ἀποϱῶν· τȣ̃το ἐκείνη ξυλλαβȣ̃σα εἶπε, γλυκύπικϱον καὶ ἀλγεσίδωϱον. Τὸν ἔϱωτα Σωκϱάτης σοφιϛὴν λέγει [i]· Σαπφὼ, μυθοπλόκον. Ἐκβακχεύεται ἐπὶ Φαίδϱῳ [k] ὑπὸ τȣ̃ ἔϱωτος· τῇ δὲ ὁ ἔϱως ἐτίναξε τὰς φϱένας, Ὡς ἄνεμος κατ᾽ ὄϱος δϱυσὶν ἐμπεσών. Μέμφεται τῇ Ξανθίππῃ [l] ὀδυϱομένῃ, ὅτι ἀπέθνησκεν [m].

cum *amorem dulceamarum* vocat, et *dona* ait *dare, ſed moleſta.* Socrates amorem *ſophiſtam* vocat; Sappho *verborum architectum.* Phaedri amore, *tanquam Bacchico furore, concitari ſe* ait Socrates; illa vero, *Amor mihi mentem*, inquit, *impulit, venti inſtar*, qui *montanis incidit arboribus.* Socrates Xanthippen perſtringit, cum mortem eius dolet; illa filiae ſuae ſcribit, *Nefas*

deſumſi. Maximi Tyrii locum prae oculis habuit adagiorum collector.

i σοφιϛὴν λέγει·] Apud Platonem in Sympoſ. p. 328. B. Vide ſupra §. 4.

k Ἐκβακχεύεται ἐπὶ Φαίδϱῳ] Reſpicit ad Platonis Phaedrum p. 339. G.

l [Μέμφεται] τῇ Ξανθίππῃ] Vulgo [Ἀνθάπτεται] τῇ Ξανθίππῃ. Sed ita Graeci loquuntur; haud enim dativum, ſed genitivum caſum vox illa recipit. Reg. ἀνάθεται. Harl. μέμφεται, quod verum. Ariſtaenetus II. 20. Γυναικὶ μέμφεται δεινῶς ἀπειθȣ́σῃ. Vide Platonem in Theag. p. 8. 9. 10. et Xenoph. Mem. lib. III. cap. v. 20. ac in Oecon. cap. II. 15.

m ὀδυϱομένῃ ὅτι ἀπέθνησκεν] *Lamentanti quod* iamiam *moriturus erat.* haec enim eſt ſignificatio Verbi ἀποθνήσκειν, vel Imperfecti ἀπέθνησκεν, apud optimos ſcriptores. et ita intelligendum iſtud Xanthippes apud Diog. Laërtium, de hac re, in Socrate, ſect. 35. Τῆς γυναικὸς εἰπȣ́σης, Ἀδίκως ἀποθνήσκεις· Σὺ δὲ, ἔφη, δικαίων ἐβȣ́λȣ; clare Lucianus in *Gallo*, pag. 168. ᾤμην γὰϱ τὸν Εὐκϱάτην αὐτὸν ἄπαιδα ὄντα, ȣ̓κ οἶδ᾽ ὅπως, ἈΠΟΘΝΉΣΚΕΙΝ εἶτα πϱοσκαλέσαντά με, καὶ διαθήκας θέμενον, — μικϱὸν ἐπισχόντα, ἈΠΟΘΑΝΕΐΝ vides differentiam inter ἀποθνήσκειν et ἀποθανεῖν. ſic et in *Toxari*, p. 47. ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε et ſequentia pag. 48. Vide et Arrianum Diſſ. II. 23. de Epicuro morituro: et Phalaridem Epiſt. LII. et Lyſiam Orat. XIX. p. 349. D. Lucas VIII. 42. καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν, *et haec* iamiam *moritura erat*, in articulo mortis; ἐσχάτως ἔχει, vt de ea Marcus V. 23. Longe vero aliud fuiſſet ſi ſcripſiſſet Lucas, καὶ αὕτη ἀπέθανεν· tunc enim *iam mortuam* dixiſſet. Caeterum pro ἀνθάπτεται τῇ Ξανθίππῃ etc. conieceram καθάπτεται τῆς Ξανθίππης ὀδυϱομένης etc. M.

n Τηΐω

ἡ δὲ τῇ θυγατρί· Οὐ γὰρ θέμις ἐν μυσοπόλων οἰκίᾳ θρῆνον εἶναι, ἐκ ἄμμι πρέποι τάδε. Ἡ δὲ τῦ Τηΐυ σοφιςῦ [n] τέχνη τῦ αὐτῦ ἤθυς καὶ τρόπυ, καὶ γὰρ πάντων ἐρᾶ τῶν καλῶν, καὶ ἐπαινεῖ πάντας· μεςὰ δὲ αὐτῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης, καὶ τῶν Κλεοβύλυ ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς Βαθύλλυ ὥρας. Ἀλλὰ κἀν τύτοις τὴν σωφροσύνην ὅρα· Ἔραμαί τοι συνηβᾷν, χαρίεν γὰρ ἔχεις ἦθος [o]· καὶ αὖθις, καλὸν εἶναι τῷ ἔρωτι τὰ δίκαια, φησί. Ἤδη δέ πυ καὶ τὴν τέχνην ἀπεκαλύψατο· Ἐμὲ γὰρ λόγων εἵνεκα [p] παῖδες ἂν

Nefas in poetica domo luctum eſſe, neque id nobis ſit dignum. Sed et Teii ſophiſtae ars eiusdem indolis, eiusdemque modi eſt; nam et formoſos omnes amat, et laudat omnes: nihil enim fere odae illius canunt, quam Smerdiae capillum, et Cleobuli oculos, et florem Bathylli. Sed et in illis caſtitatem vide: *Lubet deliciari tecum*, inquit, *mire enim venuſtulus es*; et rurſus, *Pulchrum in amore eſt, quod iuſtum eſt.* Sed et alibi artem ſuam detexit: *Me*, inquit, *pueri verborum meorum cauſa diligant*:

n Τηΐυ σοφιςῦ] Anacreontis. Pariter Aelianus V. H. IX. 4. Τὸν Ἀνακρεόντα ἠσπάζετο (Σμερδίης) σεμνῶς, εὖ μάλα ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ὐ τῦ σώματος. Μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω πρὸς θεῶν τὸν ποιητὴν Τήϊον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. Et has quidem partes calide tuetur cl. Barneſius in Anacreontis Vita §. 20. ſeq. Didymus tamen Grammaticus librum ſcripſit, in quo quaerebatur, *Libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit*, vt teſtatur Seneca Epiſt. LXXXVIII. Et vitam, quam vixiſſe fertur, repraeſentabant eius poemata. Ouidius Triſt. II. 363.

Quid, niſi cum multo Venerem
confundere vino,
Praecepit Lyrici Teia muſa ſenis?

Sextus Empiricus aduerſ. Mathem. I. 298. Οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσκοι τὰς Ἀλκαίου καὶ [Ἀνακρέοντες] ποιήσεις ἀναγνόντες προσεκκαίονται. Vide ſis et Pindari ſcholiaſten ad Iſthm. II. 1. At dictum, quod hic ad Anacreontem refert, Simonidi tribuit. Tzetzes Chiliad. VIII. 833. ſeq.

o Ἐραμαί τοι συνηβᾷν, χαρίεν γὰρ ἔχεις ἦθος·] Haec ad Anacreonticos numeros ſic reducit cl. Barneſius ad Fragm. CXVI.

Ἐραμαί γέ τοι σοι συνηβᾷν,
Χαρίεν γὰρ ἔσχες ἦθος.

Nec male.

p Ἐμὲ γὰρ λόγων εἵνεκα] His numeros

φιλοῖεν· χαρίεντα μὲν γὰρ διδῶ, χαρίεντα δ᾽ οἶδα λέξαι. Τȣ̃το γὰρ περὶ Σωκράτȣς [q] Ἀλκιβιάδης ἔλεγεν, εἰκάζων αὐτȣ̃ τὴν χάριν τοῖς Ὀλύμπȣ καὶ Μαρσύȣ αὐλήμασι [r]. Τίς ἂν, ὦ θεοὶ, μέμψαιτο ἐραστὴν τοιȣ̃τον πλὴν Τιμάρχȣ [s];

diligant; venuſta enim iis tribuo, venuſta poſſum dicere. Idem de Socrate Alcibiades dicebat, cum venuſtatem eius cum Olympi Marſyaeque tibiis et cantu confert. Quis, o Dii, amorem talem reprehendere poſſit praeter Timarchum?

numeros ſuos ita reſtituit doctiſſimus Barneſius Fragm. XCVII.

Ἐμὲ γὰρ λόγων [ἕκητι]
Οἱ παῖδες ἂν φιλοῖεν·
Χαρίεντα γὰρ δίδωμι,
Χαρίεντα δ᾽ οἶδα λέξαι.

At verſum tertium ſic potius refinxerim,

Χαρίεντα γὰρ διδῶ μὲν,

quod codicum lectioni multo propius accedit.

q τȣ̃το γὰρ περὶ Σωκράτȣς] Omnino legendum puto τȣ̃το καὶ. quippe γὰρ neque *probat* aliquid, neque Atticorum more πλεονάζειν hoc loco poteſt. τȣ̃το καὶ eſt *pariter;* et reſpondet praecedenti citationi ex Anacreonte.. M.

r Τοῖς Ὀλύμπȣ καὶ Μαρσύȣ αὐλήμασι.] Vide Platonis Sympoſ. p. 333. A.

s πλὴν Τιμάρχȣ;] Is eſt, contra quem ſcripſit Aeſchines. Vide Barneſium in Anacreontis Vita §. XXV.

AD

AD

MAXIMVM TYRIVM

I. I. R. ANIMADVERSIONES.

